Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Georg Wilhelm Detharding

Georg. Wilhelm Dethardingii, J. U. Licent. & Judic. Mecklenburg. Advocat. Ordin. Scrutinium Academicum De Necessitate Inspectionis Vulnerum In Crimine Homicidii Commisso. In quo omnia, Quæ ad Inspectionem cadaverum faciunt, & ad attendendum judicium Medicorum de lethalitate vulnerum quoad inferendam pœnam spectant, sollicite ex natura negotii Inspectionis eruuntur, & ad majorem enodationem tam Juris-Consultis quam Medicis proponuntur

Rostochii: Typis Jo. Jacob. Adleri, 1726

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335272

Druck Freier Zugang



RU jurist. 1726
Detharding, Ge. Wilh.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335272/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335272/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335272/phys_0004
DFG

35 27.

GEORG. WILHELM
DETHARDINGII,
J. U. LICENT. & JUDIC. MECKLENBURG.
ADVOCAT. ORDIN.

SCRUTINIUM ACADEMICUM
DE
NECESSITATE INSPECTIONIS VULNERUM
IN
CRIMINE HOMICIDII COMMISSO.

In quo omnia,
Quæ ad Inſpectionem cadaverum faciunt,
& ad attendendum judicium Medicorum de lethalitate vulnerum quoad inferendam pœnam ſpectant, ſollicite ex natura negotii Inſpectionis eruuntur, & ad majorem enodationem tam Juris-Conſultis quam Medicis proponuntur.

ROSTOCHII,
Typis JO. JACOB. ADLERI, SERENISS. PRINC. & ACAD. Typograph. 1726.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335272/phys_0005
DFG

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335272/phys_0006
DFG

PROOEMIUM.



Vam GERHARDUS FELTMANNUS, Juris in Academia Gröningensi quondam Professor inclitus, in tractatu, quem de *cadavere inspiciendo* Anno 1673. conscripsit, sedulus fuerit, ut negotium inspectionis Legalis conficeret, item præter hunc alii viri doctissimi v. g. FORTUNATUS FIDELIS, ZACHIAS, WELSCHIUS, BOHNIUS, AMMANNUS, EMMERICH idem sibi sumpserint tractandum, ac de hac varia ingenii monumenta typis impressa hodienum Legentium animos oblectant; haud tamen valuerunt iddem ad colophonem perducere, quin varia ingeniorum forma nova etiam indies protulerit dubia; hinc, quoad scientiam Legalem Medicam sive Medicinam forensem expoliendam, etiam quoad inspectionem memoratam, ampla messis superst. Mitto in præsens alias controversias huc facientes, & saltem memini litium de *necessitate Inspectionis* vulneratorum, quando mors insecuta. Fuere quidem ab omni tempore, qui, ac modum in aliis rebus servare pulchrum, quoad Inspectionem hanc Legalem pariter certos fines ponendos esse contende-

A runt,

runt, & quam maxime impugnarunt hoc aliorum axioma: *quasi inspectione istiusmodi posthabita pœna ordinaria homicidii dolosi locum non habeat?* sed qui penitus inspectionem vulneratorum e foro voluerunt proscriptam, non ita pridem caput extulerunt, quorum antesignanos esse constat Celeberrimum Juris consultum & quondam Professorem Hallensem D. HENRICUM BODINUM, qui in Dissertatione de *non requirenda lethalitate vulnerum* Halæ Anno 1703. habita demonstrare contendit, *nullitatem suetarum hactenus inspectionum pro vulneris lethalitate & hinc formando judicio*, quod vulnerans, modo occasionem morti insequenti præbuerit, pœna ordinaria afficiendus sit; & pariter famigeratissimum D. POLYCARPUM LYSERUM Professorem Helmstadiensem, qui, citra quod Bodini Disputationem inspexerit, in Disputatione Juridica, cui titulus *de Cadaveris frustranea inspectione*, hanc, ut nullo Jure præceptam, incertam, supervacaneam esse affirmat, eliminandam vel maxime, quia solus conatus pœnam secum ferat, supplicii pœna ergo homicidii ex animo cœdentis judicanda sit, quem Inspectio declarare non valeat. Placuit ergo scrutinium necessitatis Inspectionum ex nexu cum delicto homicidii instituere & argumenta huc facientia mente attenta examinare, quid valeant nec ne? Poterunt, quibus judicium magis usu subactum, pergere, quo negotium tam grave sensim sensimque perficiatur. Docebit diem dies, modo hoc animo obversetur, utcunque pulchrum sit proferre nova, pulchrius esse hæc, quid contineant, examinare, pulcherrimum autem veritatis patrocinium in se ad invidiam usque suscipere.

MEM-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335272/phys_0008
DFG

MEMBRUM I.

Definit *Terminos*, qui erunt adhibendi.

DEFINITIO I.

INspectio vulneratorum, post mortem insecutam, significat actum legalem, quo Judex in sui informationem, an pœna ordinaria delinquenti, vel delinquentibus decernenda, à certis personis desiderat, ut demortui corpus probe visitent, & tam generatim notent, quas circumstantias huc facientes detexerint, quam speciatim referant, quæ ratione vulneris inflicti, vel vulnerum inflictorum, facta perita dissectione corporis observaverint.

Explicatio.

QUam maxime interest Reipublicæ, ut ex primis principiis Juris, quæ traduntur in *§.3. J. de J. & J.* & *L.10. ff. d. t.* hoc quoque observetur, ne alter alterum lædat, multo minus vita privet. Turbatur quippe tunc Societatis vinculum, cognatio, quæ inter homines naturalis est,

L. 3. ff. de J. & J. pessundatur, privatur Respublica binis civibus, altero, qui perit, altero, quem conscientia afflicta reddit ad munia præstanda inhabilem, ac statuitur in alium, quod nemo in se ipsum statui serio voluerit. Omni ergo Jure Legum Conditores in eo fuerunt occupati & seduli, ut repagula ponerent, tam gravi delicto firma ipsis visa, quæ audaces & temerarios, quibus tantillum iræ ad viscera socii telo perfodienda satis, terrerent, ac continerent. Quam pœnam primus & summus Nomotheta homicidis dolosis constituerit, ex verbis *Genes. cap. IX. v. 6. qui hominis sanguinem effundit, illius sanguis iterum effundetur*, omnibus constat, quibus Megalander *Lutherus* hoc epiphonema subjecit: Hie ist das Weltliche Schwerdt eingesetzet, daß man die Mörder tödten soll; longe aliter, ac *JCtus* quidam magni nominis, qui verba isthæc sacra præcise ad Magistratum restringenda negat: sed & Imperaror *Justinianus* de pœna homicidii graviter disposuit, in *§. 5. de publ. Judic. & L. 7. & 8. C. ad Leg. Cornel. de Sicar.* Siquidem vero pœnam mortis Reis definire res magni momenti, nec enim de glande legenda, oleo, tritico, aut vino legato agitur, sed de hominis vita & sanguine, *Anton. Thessaur. in Decis. Senat. Pedemont.* 12 *n.* 3. *in fin.* Omnes generatim Leges hoc inculcant, quod prouti de reliquis delictis, ita etiam de homicidio pariter antea constare debeat, quam pœna decernatur. Speciatim Imperator *Theodosius* jussit, ut causarum de cæde cognitiones ad trigesimum diem protraherentur, teste *Sozomeno Lib. 7. cap. 24. fol. 761.* Specialissime Imperator *Carolus Quintus* in *Constit. Criminali*, ne incertitudinis quicquam in negotio tam gravi remaneret, binis articulis hujus tenoris disposuit: *Art.* 147. So einer geschlagen wird, und über etliche Zeit darnach stürbe, also, daß zweifelich wäre, ob er der geklagten Streiche halber gestorben wäre, oder nicht, in solchen Fällen mögen beyde Theile (wie von Weisung gesetzt ist) Kundschafft, zur Sachen dienstlich, stellen, und sollen, doch sonderlich die Wund-Aertzte, der Sach verständig, und andere Personen, die da wissen, wie sich der Gestorbene nach den Schlägen und Rumor gehalten habe, zu Zeugen gebraucht werden, mit Anzeigung,

zeigung, wie lang der Verstorbene nach den Streichen gelebet habe? und in solchen Urtheilen die Urtheiler bey den Rechts-Verständigen und an Orten und Enden, wie zu Ende dieser unser Ordnung angezeiget, Raths pflegen. Item, *Art.* 149. Und damit dann in obgemeldten Fällen gebührlich Ermessung und Erkänntniß solcher unterschiedlichen Verwundung halb, nach der Begräbniß desto minder Mangel sey, soll der Richter samt zweyen Schöpffen, dem Gerichts-Schreiber, und einem, oder mehr Wund-Aertzten, (so man die haben, und solches geschehen kan) die dann zuvor dazu beeydiget werden sollen, denselben todten Cörper vor der Begräbniß mit Fleiß besichtigen, und all seine empfangene Wunden, Schläge und Wurff, wie jedes erfunden, und ermessen würde, fleißig mercken, und verzeichnen lassen. Vi hujus Legis, quam pragmaticam omnes merito habent, *triplicis generis* personæ constituuntur, qui de vulnere, vel vulneribus inflictis, tum quoque vulnerati conditionibus Judicem informent; *sint* scilicet, qui inspectionem adornent; *sint*, qui illam absolvant; *sint*, qui visa & audita in chartam conjiciant, ac pro memoria annotent. Nec obstat, quod pauciores videantur sufficere, v. g. *bini: Judex* & *Medicus*, dum *ille* adornare, *hic* inspectionem absolvere & notare memorabilia potest; vel *unus*, v. g. *Medicus*, qui insimul Consularis, vel Senatoriæ dignitatis, hinc *Judicem Chirurgum* & *Notarium* agere valet: quandoquidem in re tanti momenti, ac delictum homicidii involvit, plurium præsentia opus est, rectèque hic valet proverbium: *vox*, sive relatio *unius* de inspectione, *vox*, sive relatio *nullius*. Omnium minime, quando talis Medicus consanguineos, sive inquisiti, sive vulnerati, quando ægrotant, suæ curæ subjectos novit. Quod magis! ego persuasus sum, Inquisiti Advocatum excipere posse contra inspectionem, illandemque nullitatis arguere, si quando Medicus, durante inspectione, in charta vel tabula tralatitiè conjecerit, quæ occurrunt, domi abhinc extendenda, non vero Notarius sive Actuarius adsit, qui una eadem ex ore Medici consignet; (licet Medico integrum sit, notata

domi melioris ordinis, item calligraphiæ ergo, nam terminorum anatomicorum scriptura plerumque angit Actuarium, horum imperitum, in chartam conjicere & rationes sententiæ de qualitate vulneris ubertim exponere) quia 1.) Medici, qua Medici non est Notarium agere. 2) suspicionem surrogationis incurrit, quæ ad Juramentum purgatorium in tam seria re sufficit. 3.) elabi quædam memoria possunt, quæ ad gravitatem negotii pertinent. Providum in hoc negotio esse amplissimum hujus urbis *Senatum* fatendum est; quia, quæ sub inspectionis actu vel Physicus, vel alius Medicus in calamum Secretario dictitavit, finita inspectione clara voce prælegere jubet, & Chirurgum monet, ut attendat, an omnia ac notata sunt, à se observata fuerint, cujus assensus tunc quidem subjicitur. In Civitatibus hoc *Prætoris* est, inspectioni præesse, quem vulgus vocat den Richter, aut qui sunt speciales Collegii Criminalis Præsides, die Gerichts-Gewets-Herren, ad quorum Jurisdictionem vulneratus pertinet. Extra Civitatem ad Prætorem Provincialem attinet, den Hauptmann, vel Amtmann appellamus, de inspectione prospicere, aut qui jurisdictione criminali gaudent exercenda, Nobiles & Prædiorum Dominos. Ubi citra dubium est, posse hunc, ad quem præesse inspectioni spectat, morbo vel aliis impedimentis legalibus præpeditum, quo *Hæmophobia* referenda, wann er kein Blut sehen kan, vel horror conspectus cadaveris, kan keine Todten sehen, alium substituere, sed habilem & negotio illi parem. Rectissime ergo substituitur Jurisperitus, qui vices suas suscipiat, &, ut desideriis Medici annuant qui interrogantur, curet. Talia desideria sunt, v. g. *nosse telum, quo vulnus inflictum? sub quo situ corporis læsio facta? an vulneratus caput sub cadendo allisserit ad lapidem? quomodo à vulnere vel à morte vulneratus sit habitus?* &c. Quærere vero hæcce non Medici, qua Medici est, sed judicis, quia ad inquisitionem pertinent, hic ergo & autoritate & prudentia Juris instructus sit, oportet. Fac vero Nobilem vel Præfectum substituere scribam, vel prætorem paganum, vel alium famulorum, einen

von

von seinen Domestiquen, an hoc detrahit Legalitati Inspectionis? *Feltmannus* tractatu *de cadav. inspect. cap.* 41. parum tutum existimat, etsi isti actui scriniarius, vel Judicii scriba adsit: nec negari potest, imperitiores esse tales, quam ut condigne partes substituti jam sustineant, als welchen man vorsagen und einbilden kan, was man will, die nichts davon verstehen. Quodsi Medicus sub præsentia talium substitutorum nolit inspectionem cadaveris aggredi, sed honoratiores & peritiores adhiberi velit, an cogi potest ad inspectionem? Non cogi, sed flecti potest, quandoquidem in se defendendam habet omnem veritatem relationis de inspectione facile abhinc juramento roborandam; accedit, quod nemini officium suum debeat esse damnosum, *L. 61. §. 5. de furtis.* Pariter recusare potest Medicus inspectionem, si Judex ex consilio *Remi, in not. ad C. C. C. Art. 149. se cum Actuario & Chirurgo ad domum defuncti ablegaret, qui ante cadaver inspiciat, quam funus ducatur.* Nam Lex Carolina disertis verbis Judicis præsentiam sub inspectione desiderat. Aliter se res habet, sicubi Judex, quem Medicus credit competentem esse, detrectaverit inspectioni adesse, quod v. g. læsio in suo territorio non sit peracta &c. detrectaverit pariter sive Actuarium, sive Notarium ablegare, qui calamo notanda excipere possit, Judex verò alius sit remotior, quam ut confestim compellari possit; tunc enim inspectionem in se suscipiendam habet, imprimis 1) si periculum ex putredine, 2) si Medicus mandato generali instructus, vel in officio publico constitutus, 3) si cognati vulnerati inspectionem urgeant. Quæ de Judicis præsentia ad Legalitatem inspectionis necessaria allata sunt, huc quoque vergunt, ut Judex non modo in loco inspectionis adsit, & de omnibus, quæ ad hunc actum requiruntur, prospiciat, sed, ut oculis suis, suisque auribus ad omnia attendat, quæ ratione vulnerati notabiliora occurrunt: Er soll alles mit ansehen und anhören. Recte *Blumlachius in Comment.* über die Peinliche Hals-Gerichts-Ordnung *pag. m.* 300.: Es ist keinesweges genug, wann der Richter zwar zu dem Entleibten kömmt, bey der Eröffnung

nung und Besichtigung aber nicht gegenwärtig verbleibet, sondern etwa aus Langweil, oder aber aus Scheu des Geschmacks, oder üblen Geruchs auf die Seiten sich begiebet, und gleichwol die Wund-Aertzte mit der Besichtigung verfahren läst, und selbe hernach über den Befund vernimmt; dann es muß der Richter die Wunden, Maal und Zeichen, die er selbst mit den Schöpffen und den Wund-Aertzten an dem Entleibten befindet, fleißig verzeichnen lassen, daher nicht genug ist, die Wunden zu verzeichnen, welche die Wund-Aertzte allein gesehen und befunden, dann sonsten in der Peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung vergebens geordnet wäre, daß die Besichtigung durch den Richter samt zween Schöpfen verrichtet werden solle; zudem könten dergestalt durch die Wund-Aertzte etwa aus Verdruß, Unfleiß und ungenugsamer Aufmerckſamkeit, oder auch aus Affecten leichtlich etwas verhalten oder angezeiget werden, welches doch in der Wahrheit nicht also beschaffen wäre, wordurch dann ein Unschuldiger ums Leben kommen, oder ein Schuldiger der verwirckten Straff entgehen könte. Rationem autopsiæ desideratæ reddit *Carpz. in Prax. Crim. P. I. Quæst.* 26. *n.* 52. Præstaret insuper, ut Judex non omnino hospes foret in scientia Anatomica, ac quidem in Academiis illam pro modulo cujusvis addiscere occasiones se offerunt, sed ut plurimum spernuntur. Quandoquidem ergo ratione Judicis dispositum *Constitutio Criminalis Carolina*, qui inspectionem vulneris demortuorum adornandam habet, dispositum etiam ratione horum, qui inspectionem illam absolvere jubentur, & licet nominatim Chirurgorum mentionem fecerit, der Wund-Aertzte, hodierna tamen Praxis & communis sententia probant, Medicos non inde esse excludendos, sed, ut directores Chirurgorum secantium, tanquam peritiores, in subsidium & consilium adhibendos, imo, ut testes peritos, qui sententiam de vulneris qualitate ferant, æstimandos, vid. ex parte *Juris-Consultorum*, *Gail. Lib.* 2. *Observ.* III. §. I. & 7. *Damhouder Pract. Crimin. cap.* 77. *n.* 21. *Guazzin. in Defens. Reor. Def.* 4. *cap.* 12. *n.* 1.; ex parte *Medicorum*, *Bohn.*

Bohn. de Officio Medici, Part. 2. cap. 2. Welschius, de Relat. Medic. Lib. 4. Amman Prax. vulner. lethal. in præfat. Nec tamen raro obtinet, ut sub imperitia vel absentia Chirurgorum Medicus suarum partium esse videat, cultri ope in vulneris qualitatem inquirere, ubi præstat, illum manus cruentas habere, quam conscientiam. Versatus itaque sit Medicus, qui inspectionibus jungitur, in studio secandi cadavera, & quamvis in Academiis, ac *Amman. l. c.* affirmat, præstet, Anatomiæ Professori hoc munus committere, nec tamen illi privative competere concludendum est, quin & alii Medici, præsertim ubi Academiæ non sunt, imprimis Physici, promotique Doctores, vel Licentiati adhiberi possint, modo de horum peritia anatomiæ constet. Vexatissima est quæstio, an Medicus cum Chirurgo vel Chirurgis, speciali semper juramento, sive ante inspectionem, sive inspectione peracta adstringendi? Ad quam ansam dederunt verba Constitutionis criminalis, Wund-Aertzt, die zuvor beeydiget werden sollen. Abeunt *Juris-Consulti* in diversas partes, non minus *Medici* habent, quæ excipiunt, ut difficile sit, si autoritati deferendum, firmiter decernere. *Ammannus l. c.* tale desiderium, si a Causarum Patronis exigatur, vocat *Machinationes insulsas*, & refert Facultatem Medicam Lipsiensem negativam in contradictorio obtinuisse. Argumentis pro & contra probe ponderatis, ego concluderem, à juramento liberos esse hos Medicos & Chirurgos 1) qui in officio publico constituti, sub receptione fidem dederunt, se fideliter, & ad conscientiam omnia expedire velle, quæ a se ex officii ratione, quod adeunt, desiderabuntur, vid. *Mascard. de probat. Vol. 2. conclus. 1038. num. 36. Stryk. de Jur. sens. Dissert. 1. cap. 2. num. 30. Carpz. Prax. Crim. P. 1. quæst. 26. num. 40. 41. Grube de Process. For. Prutenic. cap. 17. num. 302.* Quales sunt v. g. Physici, Professores Medicinæ, Archiatri, Rahts-Balbierer, Regiements-Feldscherer ꝛc. Licet in tali juramento speciatim de fide sub relationibus vulneratorum nihil contineatur: 2) Qui tantum de credulitate jurare jubentur, *Stryk. d. l. num. 29. Mynsing. Cent. 6.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335272/phys_0015
DFG

Obs. 34. *num.* II. *seqq.* GAIL. *Lib.* 2. *Obs.* III. *n.* 13. Quia horum sententiæ non statur, sed itur ad peritiores, & secundum praxin hodiernam ad Facultates, ut nullius ponderis sit tale juramentum, quod tamen famam Medici Inspectoris prægravat: 3) Si à Judice desideratur judicium de qualitate vulneris, nam hic suspicio subornationis cessat: 4) si de peritia & conscientia Medici referentis, penes judicem nullum est dubium. E contra a Juramento non esse dispensandos censeo hos, qui 1) non legitime promoti, etiamsi se studio medico dederint, & aliquos progressus in illo fecerint, quales v. g. Studiosi, Candidati Medicinæ, Famuli Chirurgorum, Gesellen, Compagnie-Feldscherer, Bader ꝛc. 2) qui citra generale præstitum juramentum, de veritate decernere jubentur: 3) qui a vulnerante sunt ad inspectionem vocati, ob metum subornationis: 4) quorum imperitia in omnium ore, vel fides valde dubia: 5) quando plane singulares & specialissimæ circumstantiæ volunt, ut juramentum accedat. Tale quid accidit Gustrovii in causa homicidii, ex læsione venæ jugularis internæ, quod Medicus Aulicus jurare jussus fuerit, non obstantibus gravissimis rationibus in Libello exhibitis, dum excepit: *se juramentum non modò Doctorale, ad præstandam fidem in negotiis sibi ut Doctori Medicinæ expediendis, præstitisse, sed ut Medicum Principis denuo stipulata manu, in vim juramenti, fidelitatem in omnibus rebus officii promisisse, ad hunc actum a Principe esse ablegatum, jam toties inspectionibus præfuisse, citra quod unquam juramentum speciale desideratum fuerit. &c.* Quia enim 1) Inquisitus erat presbyter religionis Romanæ, & animi valde turbidi, hinc indesinenter urgebat relationem vulneris, ex odio in religionem: 2) Princeps b. m. tenerrimæ conscientiæ, ne videatur religioni aliquid dare: 3) Facultatis Medicæ Rostochiensis responsum pro inquisito faciebat: 4) Princeps Judicio Cancellariæ demandaverat, ut exactissime processum hunc criminalem examinaret, & serio injungeret Medico, qui inspectioni præfuerat, ut juraret, sie würden Mittel wissen, dem Medico, der sich hierin wegerte,

gerte, den Eyd abzunehmen, ex quo sequens Juramentum fuit præstitum: Ich schwere, daß ich glaube, und dafür halte, daß dasjenige, was in der von mir unterschriebenen Relation enthalten, in allen seinen Puncten und Clausuln wahr sey, so wahr mir GOtt helffe. vid. AMMAN. *prax. vulner. lethal.* De *Notario* sive *actuario* nullum dubium est, quod unus sufficiat, idemque juramento sub officii initio ligatus. Sed anne obstetricibus etiam locus sub inspectione vulneratorum dandus? Affirmaverim si 1) vulnerata generis fœminini, 2) circa uterum & genitalia læsa, 3) gravida vel partum modo enixa, 4) Medicus inspector Juvenis, nondum maritatus. Pertinet quippe obstetrix perita ac provida ad artifices, quibus in sua arte credendum, *L. 1. pr. ff. de ventr. inspiciend.* conf. GAIL. *L. 2. Obs. III. num. 8.* MASCARD. *de probat. Vol. 2. Conclus. 1038. n. 1.* De Pharmacopæis non dubito asserere, quod ad testimonia de inspectione sint inhabiles, quia nec Anatomiam, nec terminos medicos huc spectantes callent, quodsi tamen ex suspicione de veneno assumto quis obierit, potest in socium eligi, quia de Medicamentis & venenis judicare, ad ipsum quoque pertinet. De circumspectione in Inspectione quoad vulnus vel vulnera adhibenda Judex se reponit in Medicos, & horum peritiam; nec enim facile hodie, ac quidem olim factum fuisse me audivisse memini, Chirurgus caput serra ad ligna findenda destinata, mit einer Holtzsäge, vel pectus securi resecabit, mit einem Beile aufhauen. De Tempore Inspectionis constitutio Criminalis disponit, quod debeat esse ante corporis sepulturam, in quo video plerosque Juris-Consultorum consentientes, adeo ut cadaver sepultum, si inspectio neglecta fuerit, jubeant effodiendum, CARPZ. *qu. 26. n. 23.* GUAZZIN *Tract. de Defens. Inquis. Defin. 4. c. 2. n. 9.* SCHOEPFFER *in Disp. de hæmorrhag. vulnerat. c. 2. n. 27.* CLASEN *ad Art. 149. C. C. C.* Non autem sepultura terminum inspectioni ponit, sed imprimis *putredo*, quæ præterea facilior obrepit in vulneribus sclopetorum, item in læsionibus viscerum abdominis, tempore æstatis, ex quo Medici &

Chirurgi ad Inſpectionem vocati legitimam excuſationem habent, ut ne quidem cogi ad inſpectionem poſſint, quia 1) nemini officium ſuum debet eſſe damnoſum, ex fœtore autem cadaveroſo, in morbi periculum ſe conjicerent: 2) quia tæſte experientia ſectio talis eſt inutilis, nam de qualitate vulneris ob corruptionem nulla fida relatio exſpectanda, vid. Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſ. apud *Valentini* in *Pandectis Medico Legal. P.* 2. *Sect.* 1. *pag.* 33. Finem Inſpectionis, judicium eſſe de qualitate vulneris, omnes JCti conſentiunt, ut *Claſen* in *not. ad l. c.* addat: *Aſſertio de vulneris lethalitate præcipuum eſt, quod à Medicis Judex deſiderat.* Quodſi vero Medicus, una cum Chirurgis ſuſpendant judicium de lethalitate, præſertim in caſibus dubiis, vel ex aliis rationibus gravioribus, hoc potius committent peritioribus, prout tales relationes paſſim leguntur in *Amman. Prax. vulner. lethal.* aliisque Libris Medicinam Forenſem tradentibus. An teneantur, & inviti cogi poſſint, judicium addere, inquiſitionem meretur? Pro affirmativa quidem faciunt 1) quod hujus ergo Inſpectio inſtituta, quo Judex de lethalitate vulneris ſit certus, de qua ipſe judicare nequit, cum hæc ad forum ipſius haud ſpectent, 2) præſentes, qui propriis oculis omnia contemplati, & manibus ſuis omnia rimati ſunt, certius judicium ferre valeant, 3) quod in Praxi hoc ita fiat, vid. *Diſput. de Vulnerib. Dn. Redeker* hic Anno 1667. habita *th.* 16. ibi: *Medicus & Chirurgus ſententiam, num vulnus ſit lethale, periculoſum, aut leve, dicunt, illorumque judicium exquirendum, & explicandum eſt, adeoque Chirurgo Medicus, & Medico Chirurgus adjungi debet, ut ſanabile an inſanabile vulnus ſit, ſtatuant,* conf. *Carpz. Pr. Crim. qu.* 26. *num.* 43. ibi: *indicare debent, Claſen ad C. C. C. Art.* 149. *pag.* 491. *num.* 5. ibi: *debent Medici & Chirurgi ſuum Judicium interponere*; ſed negativam, ſalvo aliorum judicio, juxta libertatem ſentiendi Academicam, præferendam eſſe cenſeo, 1) quia Conſtitutio Carolina non deſiderat judicium de Inſpectoribus, ſed accuratam ſaltem conſignationem omnium, quæ ratione vulneris in oculos venerunt, nam tenor allegati ſupr.

Art.

Art. 149. eo tendit: Damit des Falles, id est, homicidii ergo, nach der Beerdigung des Erkäntnisses und der Ermäßigung halber kein Mangel sey, soll (vor der Beerdigung) alles mit Fleiß gemercket, und beschrieben werden, vel ex paraphrasi *Matthiæ Stephani*: in cadavere omnia vulnera, verbera, ictus &c. accurate consignari debent, quo scilicet exinde constare possit, utrum vulneratus ex vulnere perierit, 2) nemo tenetur quid sentiat, aliorum examini rigoroso, aliquando etiam duriori, invitus subjicere, quod in casibus dubiis facile contingit, si Medici & Chirurgi Judicium adjecerint, 3) hoc ipsum credulitatem tantum infert, & eundum potius ad Facultates Medicas, conf. *Philippi in Dissert. de vulnerat. lethal. cap.* 3. §. 10. & præjudicium apud *Carpz. Pr. Crim. Quæst.* 26. *num.* 48. cumque Juris-Consulti ejusmodi circumspectam modestiam laudent, tantum abest, ut ideo culpari, multo minus ut convitiis ideo excipi debeant Medici, vid. *Codronchius Method. testificand. cap.* 3. conf. *Fortunat. Fidelis, de relation. medicor.* Nec obstant rationes pro affirmativa, quia quoad 1) manet finis inspectionis absque Judicio Medici inspicientis, & Judex a Facultatibus Medicis judicium de lethalitate petere potest: 2) accurata consignatio omnium circumstantiarum informat sat satis Judicem absentem: 3) non quæritur, quid fiat, & a volentibus fieri possit, sed ad quid teneantur Medici inspicientes vulnus: & quidem ad hoc, quod ad officium susceptum haud spectat, invitus quis cogi haud potest, arg. *L.* 7. ibi: *Si vero quis monitus C. de postulând.* Jung. *Schoepffer. S. J. Pr. ad tit. de postulând. n.* 14.

DEFINITIO II.

VUlnus, est quævis externa læsio corporis violenta, sive in habitu corporis substiterit, sive ad interiora corporis penetraverit, sive solutionem partium ad vitam & integritatem corpo-

ris facientium sensibiliter afferat, sive illam non sensibiliter afferat.

Explicatio.

NOn modo Latinæ Linguæ interpretes in acceptione vocis *vulneris* variant, quando modo pro *ictu*, modo pro *instrumento*, quo ictus infligitur, capiunt, ac *Virgilius Lib.* 2. *Æneid.*:

Illum ardens infesto vulnere Pyrrhus,
insequitur,

conf. Cel. REDEKER *in Disp. de vulner. th.* 2. sed & Medicorum Scholas, si consulimus, hæ inter se discrepant. Sunt qui vulnus vocant *solutam unitatem in parte molli à re secante cæsim factam.* da man gehauen worden, & contra distinguunt *solutæ unitati in parte molli a re acuta punctim factæ*, wann man gestochen worden, vid. CHRISTOPH. HELLWIG. *Dissert. de Vulner. cap.* 1. §. 2. Alii definiunt vulnus per *solutam unitatem in parte molli a re secante & acuta, sivè cæsim sive punctim factam*, mit einem Degen oder Messer, es sey gehauen oder gestochen, blessirt werden; Nonnulli pro vulnere *omnem solutam unitatem capiunt in parte molli, vel discissione vel collisione, adeoque acuto vel retuso telo factam*, quo collimant verba recentissimi operationum Chirurgicarum scriptoris *D.* HEISTERI *in Chirurg. Lib.* 1. *cap.* 1. Die Wunde, inquit, ist eine Zertheilung der weichen Theile des Leibes, von einem harten und scharffen oder auch stumpffen Instrument durch äusserliche Gewalt zuwege gebracht. In præsenti Disputatione placuit juxta acceptionem vocis *vulneratæ causæ*, in *L. ult. C. in quib. caus. in integr. restitut. necessar. non est*, vocem vulneris in sensu latissimo accipere, ut *quamvis corporis læsionem violentam* significet, *etiamsi solutio continui non semper conjuncta sit.* Observo etiam inter Medicos dari, qui ita sentiunt: Nam celeberrimus BOHNIUS Libro, quem de *inspectione læsorum* conscripsit, titulum assignavit, *renunciationis vulnerum lethalium*, qui Liber Lipsiæ Anno 1689. prodiit, in quo

non

non modo varios casus læsionum refert, in quibus nulla unitas partium ad sensum læsa reperta fuit, sed statim ab initio, pag. 24. scribit: *præliminariter monendum, vulneris nomine non illam tantum continuitatis partium mollium, cæsim, punctim, similive modo factam solutionem hic venire, sed quamvis ab ictu externo & violento partium solidarum mollium pariter ac duriorum læsionem illud designare, sive hæc sui sensibile vestigium ponc se relinquat, sive secus. Adeoque sub censura hac præter vulnera proprie dicta stant fracturæ* v. g. *Calvariæ, Luxationes vertebrarum, spinæ, contusiones hincque ortæ rupturæ, compressiones* v. g. *cerebri, ac quævis percussiones, actiones vitales aut animales turbantes, vel intercipientes*, & mox subnectit, *percussionis* vocabulum ad exemplum quorundam Jurisperitorum substitui posse. Ex latiori etiam hac significatione judico titulum Chirurgorum apud Germanos derivandum esse, quando vocantur, Wund-Aertzte, non quod modo plagas carnium curent, daß nur Wunden von ihnen geheilet würden, sed & alias læsiones corporum humanorum: item quando relationes de plagis inflictis, vocantur Wund-Zettul, ægri vero Verwundete. Sed de hoc majus dubium moveri posset, *an vulneris nomen mereatur plaga, ubi nullum vel levissimum vestigium externæ adest læsionis?* an de tali relatio possit desiderari? Quod ipsum videtur negandum, nam hæc propterea fit, ut personæ ad illam delegatæ indicent, quæ respectu ad Defunctum in sensus, imprimis autem in oculos incurrunt, non vero ut conjecturis relationes nitantur, quæ multam incertitudinis suspicionem secum ferunt, vid. CARPZ. *Prax. Crim. P.* 1. *qu.* 26. *n.* 19. 20. *seqq.* GAIL. *Lib.* 2. *Obs.* 111. *n.* 10. Foret alias inter vulnera referendum, wann einer, ut Germani ajunt, von Ansehen seines Feindes, von Schrecken, von Angst gestorben, quia sub his casibus funestis nulla exterior læsio apparet. Nihilominus referre convenit Inspectoribus de his, quæ circumstantiæ, ictum vel comitantes, vel immediate insequentes, rationi suggerunt pro læsionis gravitate ponderanda, etiamsi nec solutio continui, nec sanguinis quædam notabilis profusio in conspectum veniat.

veniat. Hinc est, quod compressionem stomachi pugno factam, item contusionem laterum intulisse mortem, Medicorum observationes testentur, & refert *Bohnius cit. loc.* se a Prætore urbis requisitum ad cadaver virile hominis, qui à jactu lateris dimidii lapide aliquot librarum facto, subito concidens exspiraverit, in quo nihil integumentorum, nihil viscerum vasorumve læsum laceratumque offenderit, nisi quod sub loco jactus aliquid contusionis & sugillationis, ambitu suo vix dimidium Imperialem æquantis, secum viderint adstantes. Sic virus ab armis venenatis vulneri communicatum, a sensibus non observatur, bene vero ex notitia de infectione armorum colligitur; substantiæ cerebri concussio, quam Medici in relationibus suis sub læsionibus capitis frequenter allegant, nec ab acutissimo conspici valet, sed juxta verba sæpius laudati *Bohnii, ex symptomatibus nihilominus gravioribus, morteque præcipiti texturam cerebri tenerrimam hujusque canaliculorum mollissimorum atque exilium fasciculos enormiter contractos, complicatos, laceratos aut quacunque ratione a statu & habitudine naturali dejectos*, Medici augurantur. Nec obstat, quod tamen conjecturis hic locus, quæ in antecedentibus rejectæ, quia magna differentia inter ipsas conjecturas, dum aliæ plebejæ, aliæ doctæ: de illis incertitudo allegata valet, non item de his, utpote quæ firma ratione constant, quia consequens ex causis & affectibus dextre cognitis eruitur. Quæ autem de morte per animi pathemata illata dicta sunt, huc non quadrant.

DEFINITIO III.

VUlnus lethale est, ex quo vulnerati communiter moriuntur, etiamsi medicatio ordinaria, i. e. in talibus vulneratis adhiberi solita, & regimen debitum accesserit.

DEFI-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335272/phys_0022
DFG

DEFINITIO IV.

VUlnus per accidens lethale est, ex quo vulnerati communiter non moriuntur, modo medicatio ordinaria & regimen debitum accesserint.

Explicatio.

TEmpus & chartam perderem, si colligere vellem diversas explicationes, tam Medicas, quam Juridicas, de lethalitate vulnerum passim obvias, quia omnes sub tali dissensu tacite saltem in hoc consentiunt, nondum definitionem quandam de lethalitate vulnerum esse prolatam, quæ in foro ad pœnam ordinariam vel extraordinariam dictitandam sufficiat. Veteres tam JCti, quam Medici, ut quandam Cynosuram haberent, attenderunt ad *numerum dierum*, intra quos vulneratus perierit. Quod ad JCtos attinet, hi ex longo intervallo, vulneratum non præsumebant decessisse ex vulnere, bene vero ex brevitate temporis. *MENOCH. A. J. Q. Lib. 2. cent. 3. cas. 275. n. 2.* Dies tales vocabant *decretorios*, die Gefahr-Tage, Urtheilfällige Tage, *CLASEN ad Art. 147. C. C. C.* it. Kranckheit-Wechsel-Tage, vid. *DENTZLER.* voc. *Criticus*, quos alii determinabant per *biduum*, vel *triduum*, *CARPZ. Pr. Crim. Qu. 26. n. 9. MENOCH. d. cas. 275. n. 4.* alii *quatriduum*, alii *quinque*, *FARINAC. Prax. Crim. Qu. 127. n. 37.* alii octo, *SOCIN. in Consil. 198.* alii *quadraginta* dies, *COEPOLLA Cons. 28. n. 17.* alii in *integrum triennium* extenderunt, *FARINAC. d. qu. 127. n. 44.*, conf. Illustris Dn. Cancellarii *de KLEIN Dissert. de diebus criticis*, hic Anno 1687. habita, & Celeberrimi hujus Almæ quondam Professoris, D. *Henrici Rudolph. REDEKER Dissert. de vulner.* Anno 1667. habita, *th. 21.* Medici autem æquipararunt vulnera magna, acutis morbis, hitzigen Fiebern, qui fere semper febrem conjunctam habent, hinc

concluſerunt, illa æque ac hos certis diebus judicari, ac appellarunt dies *criticos*. Exſpectarunt vero diem decimum quintum, utpote qui communis terminus acutorum morborum, *Roder. à CASTRO Medic. Polit. Lib. 4. cap. 11. pag. 257.* Verum enim vero hanc dierum obſervantiam Lites de lethalitate haud componere vel potuiſſe, vel hodie poſſe, praxis hodierna edocet, quia ad mentem hodiernorum Jurisperitorum doctrina dierum decretoriorum habetur pro incerta, ſpinoſa, & inutili. Rationes vide apud laudatum Dn. *de KLEIN d. Diſſ. cap. 2.* jung. *ZACHIAS in Quæſt. Medic. Legal. Lib. 5. tit. 2. qu. 5. n. 2. & 6. B. SCHOEPFFER in Diſp. de hæmorrhag. vulnerat. pag. 46.* Ex Medicorum vero conſenſu *BOHNIUS l. c. pag. 143.* exclamat: *Ex temporis à vulnere illato diuturnitate negative haud deponendum*, i. e. *vix ſequitur, periit demum poſt nonum, vigeſimum, aut trigeſimum diem, aut totidem ſeptimanas vulneratus, ergo non vi vulneris occubuit, ſeu vulnus hoc per accidens tantum tale quid præſtitit, quatenus intercedere ejusmodi nonnunquam valent, & ſolent circumſtantiæ dilatrices, quæ mortem certam & inevitabilem dubiam reddunt.* Unanimi ergo conſenſu hodie lethalitatis judicium ex dierum numero ſpernitur, ac ridetur: a Medicis vero deſideratur, ut de lethalitate vulnerum unanimiter & conſtanter decernant. *MENOCH. d. caſ. 275. n. 3. SCHOEPF. d. l.* ſed qui unanimem Medicorum conſenſum unquam obtinebit Judex, quamdiu inter ſe de terminis lethalitatem definientibus certant? Habent quippe volumina Medica, alios diſpeſcere vulnera lethalia, in lethalia per ſe, ut plurimum lethalia, periculoſa, & lethalia per accidens; alios vulnera ut plurimum lethalia etiam referre ad vere & per ſe lethalia: *periculoſa* vero ab illis diſtinguere; alios diſtinguere inter lethalitatem, quæ fit ratione *partis vulneratæ*, & eam, quæ accidit *ratione perſonæ*, atque non tam hanc quam illam vulnus per ſe lethale reddere ſtatuunt; alios nulla vulnera habere per ſe lethalia. *GALEN in aphor. Hippocr. Comm. 5. aphor. 2. & 3. Gotfried WELSCH in Judic. vulner. lethal. cap. 1. 2. Fortunat. FIDEL. de relat. Medicor. Lib. 4. c. 1. VALENTIN. in ff. Medic. Legal.*

Legal. P. 2. Sect. 2. *Hieron. LUDOLFF in Dissert. de Lethal. vulner.* Quomodo jam in negotio tanti momenti, ac pœna homicidii est, sed quoque tantarum Litium est procedendum? Placet Medici cæteroquin non ignobilis sententia, qui ad imitationem JCtorum, qui verecundam hujus cogitationem appellant, qui Lites execratur, *L. 4. §. 1. circa fin. ff. de alienat. Judic. mutand. caus. fact.* abbreviari contentiones illas censet, & iniquis ac minus conscientiosis homicidarum defensoribus litigandi ansam subtrahi posse, si æque Jurisperiti ac Medici subsistant in simplici hac distinctione vulnerum, ut alia sint *per se* lethalia, alia vero *per accidens.* Debeo huic, quas attuli, Definitiones, & tales reperio, quæ mihi quidem, spero & aliis, sufficiunt non solum ad Lites omnes de lethalitate componendas, sed quoque ad Judicia de vulnerum qualitate, ad informandum Judicem conscientiosum, ferenda. Eo magis adduco illas, quod volvendo revolvendoque volumina scriptorum, praxin vulnerum tradentium, reperio hunc scopulum esse ubivis fatalem, quod â *particulari* fiat argumentatio ad *universale*, & modo unus vel alter e vulnere alias pro lethali habito, & ex quo vulnerati frequentissime occumbunt, evaserit, hoc habeatur pro vulnere per se non lethali, sed aut ut plurimum lethali, aut periculoso; è contra, si quando ex læsione leviori aliquis confestim perierit, etiamsi illa ad vulnera per accidens lethalia eousque sit relata, collocetur inter vulnera ut plurimum, si non per se lethalia; Non sane in numerum morborum ordinariorum a Medicis reponuntur specialissimæ ægritudines, harumque fata habentur pro regula, ad quam de morbis reliquis ad idem genus referendis sit procedendum, & quamvis observationes Medicæ habeant, *Hydropicum* ex largo ac continuato hausto spiritus vini camphora imprægnati convaluisse, & Emplastri Mercurialis appositionem *salivationem* Sempronio intulisse, imo constet *angina* laborantem Papam per risum inopinatum a morbo liberatum; manet tamen *hydrops* inter morbos incurabiles, & *salivatio* per illum modum, rarissime obtinet: tum

 quoque

quoque risus vix ulli *Anginoso* pro remedio commendatur. Ita quoad Judicium de lethalitate vulnerum censeo esse incedendum. Manent vulnera cordis inter vulnera lethalia, etiamsi medici casus testentur, quod taliter perfossi satis diu superstites permanserint; è contra ictus alaparum ad classem vulnerum per accidens lethalium suo jure pertinent, quamvis non desint Historiæ ex ictu alapæ occumbentium, confer *CARPZ. Pr. Crim. P.* 1. *Qu.* 3. *n.* 42. *MENOCH. de præsumption. Libr.* 5. *Præsunt.* 4. *n.* 10. Foret ceteroquin & resectio unguium ad vulnera lethalia referenda, nam uno plures ex illa mortem obierunt. Siquidem ergo una hirundo non ver facit, ex uno vel altero exemplo tota regula non est pessundanda. Relinquo autem hæc ulterius ponderanda Medicis, ad quos hoc negotium maxime pertinere lubenter consentio, & quibus hæc gloria manet, ut ex ipsorum judicio de lethalitate, pro ratione circumstantiarum, Judex sententiam ferat. Quæ in *Definit.* 3. & 4. ratione medicationis ordinariæ monita sunt, huc vergunt, ut velim in Judicio de lethalitate simul attendant, quibus hoc negotium referendi committitur, an sub cura vulnerati sint pharmaca adhibita, & a Chirurgo in usum vocata, quæ chorus Medicorum & Chirurgorum adhibenda & applicanda esse, usu edoctus, tradit & jubet, quæque in Libris Chirurgorum undique legi possunt. Non vero, an specialissime adhibita sit hæc vel illa methodus, quam v. g. *Gallus*, vel *Indus*, vel *Hispanus*, se in graviter vulneratis callere gloriatur, sed sibi servat. Constat hodie longe promptius hæmorrhagias vulneratorum posse compesci, quam olim, cum novum quoddam Instrumentum, Gallis *tournequet* dictum, jam in usu sit, ad vasa comprimenda valde aptum, vid. *HEISTER. Oper. Chirurg. P.* 1. *Lib.* 1. *cap.* 2. *§.* 9. Obierit hinc licet olim ex hæmorrhagia vulneratus, & pro lethali hoc vulnus sit habitum, hodie pro lethali per accidens est habendum, quia beneficio hujus instrumenti, quod in omnibus Libris Chirurgicis hodie describitur & commendatur, talis hæmorrhagia potest sisti, sicque

ficque lethum arceri. Quod si Chirurgus hoc ignoraverit vel neglexerit, imperitia ipsius, culpæ annumeranda, §. 7. *J. de L. Aquil. L.* 132. *de R. J.* mortis, non vero lædens, reus est, quia medicatio ordinaria non adhibita. Monent præterea Medici, præeunte Præceptore illorum communi *HIPPOCRAT. Aphor.* 1. *Sect.* 1. ut & æger & adstantes officium suum sub infirmitatibus faciant, quæ regula in Judicio de lethalitate itidem adhibenda, de quibus tamen plura in subsequentibus.

DEFINITIO V.

NEcesse, vel necessarium esse, notat requisitum quoddam, respectu vel alicujus rei, vel alicujus negotii, sine quo nec talis res perfecta, nec tale negotium juste peractum dici potest.

Explicatio.

PErlubenter Criticis linquo, ut in examine vocabulorum horundem sint seduli, simulque afferant, qualis differentia sit inter *opus* & *necesse*. Quoad præsens negotium censeo me verba in Definit. allata satis declarasse, indicando, quod eadem in hoc sensu capiam, quo communiter accipiuntur, sive quod negotium rei, cujus respectu aliquid desideratur, sive quod ordinis ratio, ne tumultuarie omnia fiant, sive aliæ causæ impellentes aliquid pro necessitate requirant. *Necessariam* ita rem ad agros colendos ferrum vocat CICERO: jubetque inquirere omnia, quæ ad vitam *necesse* sint.

Homicidii Definitionem, ejusdemque *Explicationem* addere, supervacaneum duco, cum hæc apud omnes & singulos, tam §. 5. *J. de publ. Judic.* quam *tit. ff. ad L. Cornel. de Sicar.* Interpretes legatur reperiaturque; conf. tamen infra *Axiom.* 6.

MEMBRUM II.
Præmittit Axiomata quædam huc facientia.

AXIOMA I.

Intereſt Reipublicæ, ne delicta maneant impunita, *L.* 51. *§.* 2. *ff. ad L. Aquil.*

Explicatio.

PRæter quod notorium ſit, niſi delicta punirentur, paulatim rempublicam malis hominibus repletam peſſundari & funditus deleri; fluit propoſitionis allatæ robur ex natura conſervationis Reipublicæ. Sive enim pro fundamento hujus conſtituamus *ſocietatem*, ſubſiſtere hæc diu haud valet, ſi quando huic, illi, iſti, integrum foret inſultare ſocium, variove modo hunc lædere; ſive *conſervationem ſui ipſius*, ſub aggregatione plurium, facilius & pacatius obtinendam, perit & hæc, quando impunite dimittitur, qui in alios pro lubitu ſævit, vel ut ſæviat, citra metum pœnæ ſe abripi patitur: ſive *commerciorum* rectius expediundorum *negotium*, turbarentur eadem, modo unus vel alter reliquis in exitium ut ſit, permitteretur. Omnium ergo intereſt, unumquemvis civium ſuis officiis placide vacare poſſe, & ab inſultibus temerariorum eſſe ſecurum. Quos jam nec ſtudium ſui ipſius, nec communis boni amor, ab injuriis inferendis arcet, hos pœnæ arceant, neceſſe eſt. *In corpore*, inquit CICERO, *ſi ejusmodi quid eſt, quod reliquo corpori noceat, uri ſecarique patimur, ut membrorum potius aliquod, quam totum corpus intereat: ſic in Reipublicæ corpore, ut totum ſalvum ſit, quicquid eſt peſtiferum, amputetur.*

AXIO-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335272/phys_0028
DFG

AXIOMA II.

Magistratus est, delicta punire.

Explicatio.

CErtant inter se, qui fundamenta Juris Naturæ exponunt, an pœnis secundum hoc Jus locus sit, quandoquidem ubi omnes pares, nemo in alium aliquid statuere possit, *arg. L. 4. ff. de recept. qui arbitr. L. 13. §. 4. ff. ad SCt. Trebellian.* sed quia Ius Naturæ admittit socios, sociorum coalitio citra Leges certas subsistere nequit, quæ vim pactorum habent, & huc redeunt, ut singuli in omnium salutem laborent; qui vero ab hoc scopo declinat, societate privetur: hinc quivis, qui societatem talem adit, renunciat in tantum illi beneficio naturali, & se submittit sociorum arbitrio, quo de se statuant, sicubi frivole aberraverit. Hodie vero omnis societas magistratui civili subjecta est; frustraneum proinde foret in quæstionibus talibus diu hærere. Pertinet ergo ad hunc delicta punire, quia ad hunc pertinet curare, ut securiores vivant subditi, suisque quisque privatus negotiis, pacate invigilet. Remota Justitia, quid sunt regna? nisi magna latrocinia, *AUGUSTIN. L. 7. de civit. DEI cap. 4.*

AXIOMA III.

Magistratus est, de certitudine delicti puniendi, esse convictum.

Explicatio.

Quia Tyrannorum, non vero æqui judicis est, ante damnare, quam crimen fuerit probatum, hinc est, quod ab omni tempore probationes fuerint sub inquisitione delicti a Legibus inculcatæ. Hæ autem, quoad generaliorem considerationem, sunt varii generis, quatenus modo fiunt per duos:

duos teſtes, omni exceptione majores, *L.* 12. *ff. de teſtib. L.* 2. *& ſeqq. eod. C. C. C. Art.* 67. *&* 68. modo per juramentum, *L.* 1. *&* 2. *ff. de jurejurand.* modo per inſtrumenta, *L.* 11. *C. qui potior. in pignor. hab. L.* 31. *C. de donat. L.* 15. *C. de fid. inſtrumentor.* modo per propriam judicialem confeſſionem modo per notorietatem, *c.* 3. *X. de teſtib. cogend.* modo per præſumptionem, *L.* 23. *C. ad SCtum Vellejan. L. fin. C. Arbitr. tutel.* modo per comparationem Literarum, *L.* 10. *C. de fide inſtrument.* modo per inſpectionem ocularem, *L.* 8. *ff. fin. regund. c.* 15. *X. de reſtitut. ſpoliator.* vid. *LEISER in Diſput. de oculari inſpectione* in Proœmio. Aſt in criminalibus, perſpicuæ, evidentes, & luce meridiana clariores eſſe debent, *L.* 25. *C. de probat. L.* 16. *C. de pœn.* add. *Alciat. de præſumt. Lib.* 3. *reg.* 44. *n.* 4. Requiritur autem neceſſario, ut ante probetur delictum eſſe commiſſum, quam puniri quis poſſit, quia pœnæ ſunt conſequens delictorum : Nec vero conſequens locum habet, ubi antecedens deſideratur, und gilt des Richters Ja alsdann nichts mehr, als des Inquiſiti Nein; de occultis vero DEus tantum judicat.

AXIOMA IV.

Inter media certitudinem delicti probantia, prævalet ocularis inſpectio.

Explicatio.

AB omni tempore oculis magis fides, habita, quam auribus, & teſtis oculatus prælatus eſt illi, qui auribus rem quandam percepit. *GRUB. de Proceſſ. For. Pruten. cap.* 18. *n.* 498. *HARTMAN. tit.* 15. *Obſ.* 3. *n.* 4. *FARINAC. Qu.* 69. *n.* 2. *ſeqq.* Imo uni teſti de viſu deponenti, ſeu oculato, plus credendum, quam centum aliis de auditu affirmantibus, ſeu auritis. Diſpoſuere ergo Leges ocularem inſpectionem, ubi locum habere poteſt, tanquam probationem evidentiſſimam eſſe habendam. Quibus accedunt variæ Ordinationes. v. g.

Ordinat.

Ordinat. Magdeburg. c. 39. *v.* **nicht allein** ꝛc. *Ordinatio Summi Judicii Tribunalis Wismarienſis P.* 2. *tit.* 33. *§.* 1. *v.* **ſollen auf eines** ꝛc. jung. *Martini ad Ordinat. Saxon. Proceſſ. tit.* 28. *§.* 1. *n.* 9. Vocat hinc ocularem inſpectionem, probationem omnium primam, eamque perfectiſſimam, nec ullam meliorem, RUTGER. RULAND. *in tract. de Commiſſar. P.* 2. *Lib.* 3. *c.* 1. *n.* 3. 4. 5. Fundamentum autem, quare ſenſus viſus reliquis ſenſibus prævaleat, docente hoc Phyſica, in organorum ſenſoriorum ſtructura repoſitum eſſe judico, quandoquidem viſus non tam facile fallacias admittit, ac quidem ſive auditus ſive guſtus &c. potius omnes circumſtantias ad rem facientes, uno intuitu contemplatur ac obſervat. Rectiſſime hinc Germani ajunt: **Augenſchein iſt, oder gilt mehr, als aller Welt Zeugniß.** STRYK. *de Jure Senſ Diſſert.* 1. MARTIN. *in O. P. S. tit.* 28. *§.* 1. *n.* 1. RULAND. *d. tract. P.* 2. *Lib.* 3. *Cap.* 1. *n.* 1.

AXIOMA V.

Magiſtratus pro delicti qualitate, aut poenam huic delicto ordinariam, aut extraordinariam habet decernendam.

Explicatio.

QUod ſi tantum vel unius delicti, v.g. furti allegare velim pœnam, quam non differt hæc, quatenus modo ſimplex eſt, vel prima vice commiſſum, vel reiteratum, porro committitur vel ab impubere, vel pubertati proximo, *C. C. C. Art.* 164. CARPZ. *Prax. Crim. P.* 2. *qu.* 82. *n.* 28. inter conjuges, *C. C. C. Art.* 165. ab hærede, *C. C. C. d. Art.* 165. *t. t. ff. expilat. hæredit.* a profunde ebrio, inſano, excubias agente, nunc manifeſtum, nunc non manifeſtum, §. 3. *J. de furt.* modo qualificatum, *C. C. C. Art.* 159. *&* 160. nunc dupli vel quadrupli, nunc pœna carceris, nunc capitalis, & quidem in maſculis præciſe, præſuppoſitis præſupponendis, laquei obtinet, per

Art.

Art. 162. *C. C. C.* fœminæ vero juxta *Art.* 159. aqua suffocantur. SCHOEPFF. *in Synopſ. tit. de furt. n.* 62. Est hinc, quod Leges toties arbitrio Judicis relinquant pœnam definiendam, quia, omnes circumstantias delicta stipantes prævidere, fuit extra potestatem Legislatoris. Hic ergo dictitet pœnam delicto propriam. Sunt delicta & pœnæ ex natura relatorum & correlatorum, quæ inter semper est & esse debet justa proportio. Eadem varietas jam valet quoad delictum homicidii.

AXIOMA VI.

Homicidium, quatenus delictum est, pro varietate circumstantiarum, vel pœnam ordinariam, vel extraordinariam post se trahit.

Explicatio.

OMnia homicidia ad delicta esse referenda, præter ANABAPTISTAS, WEIGELIANOS, & SOCINIANOS, nemo facile hodie affirmaverit; illi quippe potestatem vindicativam, (prout vocant capitalia supplicia) quam Magistratus exercet, Judici competere negant, omnes cædes, etiam a Magistratu factas, peccata in quintum præceptum vocant, capite aliquem plectere, cum charitate Christianis tam sanctè commendata pugnare sustinent, nec uni hominum competere volunt, ut alterum ad imaginem DEi creatum occidat, vid. HOLLAZ *Exam. Theolog. Part.* 4. *cap.* 3. ubi refutata simul talia argumenta sunt. Insinuat homicidium, ex vulgari loquendi modo, *Privationem vitæ a tali factam, cui jus vitæ & necis non competit*, in Jure autem *cædem hominis*, contra Jus factam, *L.* 1. §. 7. *ff. ad Leg. Cornel. de sicar.* homo ergo, qui hominem vita privat, homicida passim audit. Sed nec omnis homicida eandem habet sustinendam pœnam. Nulla decernitur in homicidio necessario, *L.* 3. *ff. de J. & J.* C. C. C. *Art.* 139. &

139. & 140. nec in casuali locum habet, *L. 1. C. ad Leg. Cornel. de sicar.* C. C. C. *Art.* 146. in culposis extraordinaria dictitatur, *Art.* 134. ad eumque BEIER. *Posit.* 2. dolosum saltem, & quando evictum quod tale sit, homicidium, pœnam ordinariam admittit, ita ut possit haberi pro delicto publico, quando homo ab alio, doloso animo, sciente & volente occiditur, seu STRUV. *in Jprdent. Rom. German. Lib.* 3. *tit.* 28. *aphor.* 30.

AXIOMA VII.

In homicidii delicto non solus animus lædendi vel occidendi sufficit ad pœnam ordinariam infligendam.

Explicatio.

ANimus in omnibus delictis quandam varietatem pœnæ infert, per *L.* 53. *ff. de furt.* non quidem quatenus in meris cogitationibus pravis versatur, vel intentiones quasdam dolosas formant, quia cogitationum pœnam, de jure humano nemo patitur, *L.* 18. *ff. de poen.* sed accedat opus est actus quidam externus, isque delicto committendo proximus, GAIL. *de pac. publ. Lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 18. ex quo animum dolosum colligere ultro licuit. *Conatum* illum justius dixeris, qui radicibus sub terra latentibus comparandus, nondum flores, multo minus fructus protrudentibus, germinibus tamen suis se prodentibus. Hinc est, quod in numerum delictorum *imperfectorum* referatur, quibus aliqua, non tamen ordinaria pœna manet. BÖHMER. *in Introd. ad ff. Lib.* 47. *tit.* 1. §. 3. si crimen perduellionis exceperis, in quo conatus habetur pro delicto, quia est pessimi exempli, & in herba suffocandi facinoris crimen. vid. BEIER. *ad tit. J. de public. judic. num.* 17. Distinguunt præterea Ddres, quo in re tam seria, ac est pœnam capitalem decernere, omnes attendantur circumstantiæ, animum occidendi, quando quis necem alterius *studio*

 intendit,

intendit, quale quid obtinet in intentionibus sub *Latrocinio*, sub *assassinio*, sub *veneficio*, vocantque *directum*, ab animo non necem volente, bene vero læsionem tentante, ex qua mors insequatur, qui *indirectus* dicitur, cujus pœna diversa, pro diversa committendi homicidii voluntate, vid. STRUV. *Jpdent. Rom. German. For. Lib.* 3. *tit.* 28. *aphor.* 30. BOEHMER. *in Introd. ad ff. p. m.* 512. Et quamvis Jus Romanum rigorosum satis sit, hunc non modo pro homicida habendo, qui actu aliquem vita privat, verum etiam, qui voluntatem saltem occidendi habet, quæ ex aliquibus externis actibus probari potuit, v. g. *qui cum telo ambulat occidendi causa*, licet effectus non fuerit subsecutus, ita, ut teneatur Lege Cornelia, *L.* 1. §. 13. *& L.* 3. §. 5. *ad Leg. Cornel. de sicar. §. 5. J. de Publ. Judic.* ut sufficiat ad pœnam ordinariam, si quis animo occidendi, atque armis ad cædem patrandam aptis instructus fuerit: Praxis tamen hodierna limitare novit & emollire rigorem illum, ne summum Jus transeat in summam injuriam, requiritur vero corpus delicti prout in aliis delictis permanentibus, ita in homicidio quoque, quo deficiente, ordinaria pœna passim locum non invenit, GAIL. *de Pac. publ. Lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 18. CARPZ. *prax. Crim. quæst.* 26. *pag.* 134. *num.* 2.

Axioma VIII.

In homicidii delicto non solus eventus sufficit ad pœnam ordinariam infligendam.

Explicatio.

Evidentia hujus axiomatis ab omni tempore commovit Legumlatores, ut quamvis idem in omnibus homicidiis eventus, id est, vulneratus occumbat, probe tamen distinguendum esse monuerint, ne *dolosa* confundantur cum *culposis*, *casualibus*, & ex *defensione naturali* oriundis, omnium minime eandem pœnam omnibus cædibus determinent. Nec quidem

quidem solus *eventus* semper sufficit in homicidiis quoad ordinariam pœnam dictitandam, v. g. ubi plures in rixa, vel casu fortuito absque deliberato animo lethaliter aliquem vulneraverint, non vero constiterit de eo, qui primus lethale vulnus intulerit, & verus delicti autor fuerit, quatenus extraordinaria tunc tantum pœna locum habet, SCHOEPFFER. *S. J. Pr.* ad tit. *ad Leg. Cornel. de Sicar. num.* 29. BERLICH. *P.* 5. *Concl.* 11. *n.* 7. HARPRECHT. *ad §.* 5. *J. de publ. judic. num.* 110. PETR. MÜLLER. *de homicidio a pluribus commiss. Sect.* 2. *§.* 11. *num.* 17. Item si vulneratus dicto casu occubuerit a pluribus confossus, ubi nullum vulnus lethale, extraordinariam modo pœnam infligendam esse patet ex *C. C. C. Art.* 148. ibique CLASEN *pag.* 487. *seq. num.* 3. MÜLLER. *d. Sect.* 2. §. 13. *num.* 19. Idem tamen est eventus, ac si unus ex uno ictu vitam uni abstulerit, id est, vulneratus moritur.

AXIOMA IX.

In homicidii delicto ad poenam ordinariam infligendam, *animus occidendi*, vel etiam *vulnerandi*, *lædendique*, & *eventus* concurrant, necesse est.

Explicatio.

NOn est ut repetam, quæ de rigore Jur. Civilis ad axioma 7. attuli, quando dolus cum conatu conjunctus pro ipso facto habetur, item quae attuli de consuetudine & praxi hodierna, tot casibus & observationibus magis confirmata, quæ illum rigorem emollit, ita ut etiam vulnerans, licet animo deliberato feriat, haud tamen pœnam ordinariam subeundam habeat, si non occidat, sed tantum de vulnere teneatur. Valent quippe eadem in homicidio clandestino, sive *veneficio*, ut quamvis, pauciores tamen, fuerint, qui *arg. L.* 1. *ff. ad Leg. Pompej. de parricid.* affectum in hoc delicto, ultimo supplicio afficiendum esse, contenderunt, licet intenta mors

non subsecuta, reliqui tamen communiter ordinariae pœnæ locum esse negent, nisi consummatum fuerit, & pro solo attentato habeant. Consentit *Constit. Crim. Carol. Art.* 130. secundum quam (si quando particula *vel* oder accipitur pro conjunctiva, de quo vid. CARPZ. *Pr. Crim. quæst.* 21. *num.* 42. *seq.* quem sequitur CLASEN. *ad C. C. C. Art.* 130. *p.* 415.) supplicium rotæ tum demum obtinet, cum mors insecuta, alias pœnæ extraordinariae, v. g. fustigationi cum perpetua relegatione locus. CLASEN ad *d. Art.* 130. *pag.* 414. *vers quamvis hodie.* CARPZ. *Pr. Crim. d. quæst.* 21. *num.* 37. *seq.* LUDOVICI *ad d. Art.* 130. *verb.* mit dem Rad, *vers. mitigatur pœna.* Et Praxis quotidiana, prouti in aliis facinoribus, ita in homicidio quoque corpus delicti desiderat, deficiente vero hoc, pœnam ordinariam pariter deficere adstruit. SCHOEPFFER. in Disp. de *hæmorrhagia vulnerat. cap.* 3. *num.* 13. Pondus non leve huic asserto addunt verba summi Legislatoris, Numer. 35. *v.* 16. & *seqq.* & hæc sunt: Wer jemand mit einem Eisen schläget, daß er stirbet, der ist ein Todtschläger, und soll des Todes sterben; Wirfft er ihn mit einem Stein, daß er davon stirbet, so ist er ein Todtschläger; Schlägt er ihn mit einem Holtz, daß er stirbet, so ist er ein Todtschläger, und soll des Todes sterben. Jung. Exod. 21. *v.* 12. Levit. 24. *v.* 17. utpote in quibus animus & eventus semper combinantur, quod si vero vel animus vel eventus deficiant, cessat pœna ordinaria, vi illorum, quæ cit. loc. adduntur v. 22. *seqq.*

AXIOMA X.

In homicidii delicto de *animo* judicare Judicis, de *eventu* autem Medici est.

Explicatio.

SOcias sibi hic ut manus jungant Apollo & Astræa negotii tam gravis ratio, ac salus Reipublicæ est, omnimodo postulat. Ast quemadmodum sub conjugio etsi pacatissimo

tissimo, & sub arctissima bonorum communione manent officia quædam marito, quædam uxori sacra, quo alter apud alterum sit inoffensus, est sub connubio Juris & Hygieæ eadem concordia suis Limitibus comprehensa, suisque terminis constans, ultra quos nulli conceditur progredi. *Judicis* est, omnem operam impendere, per probationes sibi notas, & in Legibus sibi commendatas, quo homicidæ animum intelligat, an ex dolo, an ex culpa, & quali, crimen commiserit. *Medicus* vero de vulnerationis qualitate, & de delicti corpore informet Judicem. Mariti sic officia sint penes Judicem, gloria subsidii in hoc opere Medicis relicta. Hæreo autem, si quando omnia, quæ circa pœnam homicidii quotidie obtinent, probe pondero, an non, quod sub conjugio toto die occurrit, & sub inquisitione homicidii inversa sit fabula: Judex enim se reponit in depositionem Medici vulneratum scrutantis, ita ut ordinariam pœnam dictitet, si vulnus inflictum asseratur lethale, e contra extraordinariam, si minus lethale CARPZ. *Pr. Crim. qu. 16. n. 6. seqq.* citra quod aliquando ad animum revocet, quæ ratione animi occidentis sint scrutinio intimo digna. Auget hanc meam suspicionem, quando considero inquisitum omnium primo provocare ad Medicorum censuram, sibi visam aut favorabiliorem, aut leviori negotio impugnandam, allegando axioma Juris generale, quod peritis in sua arte credendum. Meretur ergo hæc quæstio, ut condigne solvatur, *quousque* scilicet *valeat Judicium medicum in homicidii pœna dictitanda?* sive, an Judex teneatur pœnam capitalem simpliciter decernere, ad normam Medici vel Chirurgi deponentis de lethalitate? Non mihi sermo est de depositione cujuscunque, qui Medici titulo splendet, vel Chirurgus audit, acsi huic Judex assurgere in decernendo debeat. Quamvis enim ex numero JCtorum, hos allegante BOHNIO in *Medicin. For. specim. I. §. 13.* PACIANUS, MASCARDUS, & CARERIUS velint, credendum pariter esse non Doctoratis, modo ex communi loquendi consuetudine Medici appellentur, vel Practici

ctici existant, per consequens Chirurgi non examinati huc quoque spectent, imo Agyrtis & parabolanis locus; Gravitas tamen negotii, quando de corio humano non est ludendum, sponte Judici conscientioso insinuat, peritis negotium inspectionis, & relationem de hac, esse committendum, de quorum nec *fide* nec *eruditione*, binis ad deponendum de lethalitate valde necessariis requisitis apud honoratiores, non vero apud vulgum, dubium est, denen man sicher trauen kan. Ex quo denuo fluit, promotos & publico testimonio conspicuos, non promotis, seniores junioribus, sive novellis, ad vulnerum inspectionem frequenter abhibitos, in hoc negotio inexpertis præferendos esse. Quodsi vero Medicus, licet in Academia gradum obtinuerit, imo, licet senior, imperitiæ in deponendo semel fuerit convictus, & in scientia anatomica sub relatione vulneris turpiter se dederit, hujus renunciationi fidem inposterum non habendam esse, quivis cordatus affirmaverit, nam constat, non esse peritum revera talem, qualem negotium præsens, & vi hujus Legum Doctores merito desiderant. vid. RICCIUS in MASCARD. *Conclus.* 1175. Eadem de Chirurgo valent, etiamsi sit Magister, ein Ampts-Meister, oder Lehr-Printz. Suppono in quæstione allata, Medicum de vulneris qualitate deponentem, omnibus requisitis huc facientibus instructum, relationem ipsius oblatam veritati satis congruam, & pro Judice informando sufficientem esse, & quæro, *an hujus Judicio in sententia ferenda simpliciter standum*, ita ut pœna ordinaria locum habeat, quando plagam lethalem esse dixerit, & contra extraordinaria statuatur, quando plaga pro minus lethali ab ipso habetur? Negativa mihi videtur probabilior. Quantumvis enim pro affirmativa videatur pugnare 1.) quod omni perito in suo scibili, sive de sua arte testanti sit fides habenda, hinc & Medico de qualitate vulneris deponenti. 2.) secundum verba CODRONCHII, quæ BOHNIUS l. c. allegat, Legum Imperatoriarum Majestas, & pontificiarum autoritas, se Medicorum judicio ultro submittat in quæstionibus percussio-

percussiones concernentibus. 3.) Praxis quotidiana in omnibus judiciis testatum faciat, quam Magistratuum sententia in homicidio puniendo ex Medicorum præjudicio pendeat. 4.) Judex liberetur testimonio Medici deponentis, cui se accommodat. 5.) inquisitus & accusator unanimiter in sententiam Medicorum compromittant. Probe tamen attendendum est 1.) Medicum sive Chirurgum deponentem (pari enim passu hic ambulant) non ut Judicem, sed ut testem ablegari ad cadaver inspiciendum, qui de his, quæ vidit & observavit, deponat, ac Judici mandanti referat. Ita enim verba Constit. Carol. *Art. alleg.* 149. Der Wund-Arzt soll den todten Cörper vor der Begräbniß und alle seine empfangene Wunden, Schläge, Auffwerff mit Fleiß besichtigen, damit der Erkäntniß solcher Verwundung halber nachhero desto minder Mangel sey. Cui subscribit praxis quotidiana chorusque Medicorum, quando formulæ depositionum passim vocantur & insigniuntur Attestata, testimonia, relationes vulnerum &c. ut hinc sæpe laudatus CODRONCHIUS Libro, quem de Medicorum relationibus conscripsit, titulum de methodo testificandi imposuerit, & DANIEL CLASEN. *in Comment. ad C. C. C. Art.* 147. *p.* 483. hæc verba appposuerit: *Præter testimonia, quæ a partibus litigantibus producuntur, vel ad condemnationem, vel ad defensionem, Imperator desiderat & aliorum attestationes, & quidem Chirurgorum vel etiam Medicorum* &c. Jam vero testis non est, sive implicite sive explicite pœnam decernere, sed Judicis; fert vero Medicus in crimine homicidii illam statim, ac vulnus aut lethale aut non lethale dicit, si quando Judici simpliciter, & absque respectu ad animum, acquiescendum in Judicio de qualitate vulneris a Medico lato. 2) Accedit Depositionem Medici, ultra *credulitatem* nil quicquam inferre, adeo, ut si ipsi juramentum præstandum sit, hoc non sit de veritate, sed de credulitate, *CLASEN d. l. pag.* 484. credere autem haud inferre potest fidem talem, in qua tuto se reponere possit Judex. 3) Sententia juxta Medici deponentis opinionem lata non transit in rem judica-

tam, sed inquisitus post latam talem sententiam alios Medicos adhibendos esse & consulendos postulare potest, &, si quando hi aliter sensserint, Judex sententiam latam æque revocare potest, perinde ac sententiam ex falso testimonio vel falsis instrumentis latam, *CLASEN l. c. CARPZ. Pr. Crim. qu. 26. n. 47.* 4) Plures circumstantiæ concurrere possunt & solent, de quibus se Judex abhinc informare potest, sed quæ Medicum, dum inspectioni præest, latent, quarum tamen tanta vis est, ut si Medico ante innotuissent, quam de lethalitate deposuisset, longe aliam hujus respectu formasset relationem. Placet hujus fallaciæ binos addere casus: Alter obvenit aliquandō, *ut juvenis gladio vulneratus post aliquot dies moriens, sicque inspectioni legali subjectus, lethaliter percussus a Medico & Chirurgo judicatus fuerit, quia hi, præter levem quandam plagam in summitate ventris, observaverant plagam magnam in infima parte abdominis intestina perforasse*; sub inquisitione autem apparuit, hanc non gladio adversarii, sed cultro Chirurgi imperiti fuisse illatam, qui sanguinem in cavitate abdominis hærentem, ac falso sibi persuasit, incidendo integumenta ventris evacuare voluit; alter est infantis, *quem post partum clandestinum Mater sepelierat, qui e terra, jussu Magistratus, iterum erutus repertus fuit multis plagis perfossus, ut mater pro infanticida habita, & vix non damnata fuerit*, quando tandem constitit, hos, qui ad corpus delicti in agro quærendum ablegati fuerant, verru (mit einem Brat-Spieß) locum sepulturæ indagasse, & hoc ferro corpus tenelli toties perforasse. Accedit 6) dum nimis periculosum est, unius etiamsi periti Judicis arbitrio, tam arduum negotium, quod vitam & sanguinem concernit, committere, *CLASEN ad Art. 150. C. C. C. p. 496.* æque periculosum est in unius Medici sive Chirurgi sententia acquiescere, & pro hac in decidendo simpliciter stare. Quibus jungo, quæ pag. 22. allata sunt, quod ne quidem inter requisita relationis Medici vel Chirurgi pertineat, factæ inspectioni mentem de lethalitate subnectere. Concludendum ergo Judicem non teneri, ut nude subscribat ratione pœnæ judicio

Judicio Medici de lethalitate vulneris deponentis, licet periti; ſed præter lethalitatem vulneris ad hoc ipſi reſpiciendum eſſe, an ex Actis de animo vel occidendi vel vulnerandi lædendique conſtet, adhibitaque hoc caſu talia inſtrumenta, quæ per ſe ad cædem perpetrandam apta? an vero ſatis ſuperque appareat, quod animus haud adfuerit, neque occidendi, neque vulnerandi, ſed v. g. caſtigandi ſaltem, & inſtrumentum per accidens ad cædem perpetrandam aptum. Priori caſu demum decernat pœnam Legis Corneliæ, poſteriori extraordinariam, conf. PHILIPPI in Diſſert. *de vulnerat. lethal. cap.* 3. §. 10. *in fin.* Nec obſtant rationes pro affirmativa pugnantes ſupra allatæ. Nam quoad 1) etiamſi axiomati huic Juris, ſuum maneat pondus, quod artifici in ſua arte fides habenda ſit, haud tamen illud eo extendendum eſt, ut eundem effectum pariat, quando artifex de credulitate teſtatur, ac quando de veritate loquitur. Præterea, licet de lethalitate vulneris ex teſtimonio artificis citra omne dubium, quoad veritatem quoque, conſtet, non tamen exinde ſequitur, ergo neceſſario a judice pœna capitalis dictanda. Alias enim, & ſi tantummodo ad judicium Medici de lethalitate vulneris reſpiciendum, ſi hoc ſaltem, quod homo ex vulnere lethali mortuus, ſpectandum, ſequeretur omnia homicidia morte punienda: quod tamen non niſi fatuus ſtatuet Judex juxta *CLASEN ad C. C. C. Art.* 150. *p.* 495. *in fin. ſeq.* 2) Manet hæc gloria Medicis, ut Principes ad ſententiam ipſorum attendant, haud tamen eadem pertinet ad quemvis nomine Medicum, multo minus aliquid detrahit ſplendori Principum, quorum oculi, ſi quando hoc ipſis libuerit, acta integra perluſtrantes, plus vident, quam oculus Medici ſub initio inquiſitionis; accedit, quod LL. nullibi injungant, ſtatuantque, quod Judex ſimpliciter in ſententia Medici de lethalitate vulneris acquieſcere debeat, ſed aliæ adhuc ipſi ſint ponderandæ circumſtantiæ. Quoad 3) non ſpectandum, quid fiat, ſed quid fieri debeat, arg. *L.* 12. *ff. de Offic. Præſid.* poſito, ſed non conceſſo, hoc ita fieri. 4) Non liberatur, conſopitur ſaltem conſcientia judicis,

cui, prout jam supra monitum, ad plures aliasque circumstantias attendendum, quam Medico. 5) Sapit præjudicium non satis fidum. Sed missa hac quæstione, quæ *Medicum* saltem tangit *privatum* deponentem, hujusque decisionem, quod ad ipsius testimonium de vulnere lethali judex non necessario in crimine homicidii capitis pœnam dictitare teneatur, alia formari posset quæstio, an idem obtineat in *Facultatum Medicarum sententiis de homicidiorum qualitate latis*? Pro negativa adduci posset, quod 1) in his cesset ratio, quæ privatum Medicum prægravat, dum Facultates non ut testes haberi possunt, sed judicis vices explent, & ad Assessores Facultatis tanquam ad prudentes recurrere tam leges volunt, quam praxis quotidiana jubet: 2) majori item jure de his valeant, quæ ratione autoritatis medicæ scientiæ in judiciis forensibus antea adducta sunt, quatenus his magis integrum, ex integris actis de veritate decernere, quando illic credulitas locum habet; nihilo tamen minus diversi respectus, quem Facultates Medicæ, & Judex habent, hic quoque discrepantiam quandam insinuant: i. e. Facultates Medicæ nude attendunt ad circumstantias, quæ qualitatem vulneris quæstionis attinent, citra quod se altius demergant; Judex autem insimul considerat, quæ ratione animi, unius, vel plurium vulnera infligentium, loci, absentiæ, vel præsentiæ, remediorum &c. in actis occurrunt, ubi minima circumstantia effectum Judicii Medici respectu lethalitatis quoad pœnam infligendam invertere potis est. *Summatim* Judicia Medica in crimine homicidii informent meo quidem, salvo nihilominus aliter sentientium judicio, Judicem, non vero hunc constringant, & quod de astris dicitur, quod inclinent mores hominum, non necessitent, liceat quoque affirmare de præsenti negotio. Judex trutinet, quæ scientia Medica sibi offert ratione vulneris inflicti; trutinet judicia de qualitate vulneris: sed non patiatur eo se abripi, ut illis, citra quod decisio penes se, respectu reliquarum circumstantiarum maneat, tantummodo propter lethalitatem subscribat, quin potius pœnam

ad

ad harum tenorem inquisito decernat. Liceat vero pro illustrandis modo allatis, casum allegare, de vulnere a Medica Facultate pro lethali habito, citra quod judex superior pœnam gladii, præeunte Facultate Medica, a Facultate Juridica, juxta pluralitatem votorum, dissentientibus quibusdam collegii membris, inquisito dictitatam, voluerit esse validam. *Saltuarius* nempe *quidam, A. J. uxorem, cum qua per viginti & plures annos in matrimonio sic satis pacato vixerat, occurrentem sibi irato, quod mandato suo fuerat inobediens, verberat capistro, quem modo equo injicere voluit, & quidem hujus moduli, quem nostrates vocant,* eine Trense, *nec tamen præter unicum ictum infligit. Illa, citra quod valde conquesta fuerit de dolore, potius ad desideria mariti, an caput doleat? non admodum dolere respondet, muniave sueta per biduum subit, vulnere capitis leviter habito. Tertio die febri corripitur, & paulo abhinc apoplexia perit. Fit inspectio, ac observatur capistri alterum extremum,* die Stange, *perforasse cranii tabulas, ut festucæ penetraverint in substantiam cerebri ultra longitudinem articuli digiti, ex quo tam Medicus cum Chirurgo, quam Facultas Medica plagam judicarunt per se lethalem, qua sententia Facultas Juridica nixa, pœna ordinaria gladii inquisitum afficiendum esse concluſit.* Sed prouti jam monui, Judex superior pœnam extraordinariam, eandemque satis levem dictitavit, motus forte eo, quod rationes dubitandi magis deprehenderit stringentes, quam rationes decidendi, quæ fuerunt sequentes:

* * * * * *

Obwohl anfangs scheinen mögte, als wäre Inquisitus von dem imputirten Uxoricidio, oder vielmehr wegen desselben, wenigstens a pœna ordinaria zu absolviren, nachdemmahlen

1. Die Rechte einem Ehe-Mann wohl verstatten, daß Er ob justas causas sein Weib modice castigiren möge,

vid. BRUNN. *J. Eccl. l. 2. C. 17. §. 31.*
CARPZ. *Pr. Crim. qu. 12. n. 48. & 50.*

Und dann nicht zu leugnen, daß Inquisitus deßfalls, daß seine Frau, seinem ausdrücklichen Befehl, Saat-Korn dreschen zu lassen, weil es hohe Zeit sey, solches in die Erde zu bringen, vorsetzlich entgegen getreten, und bey ihrer durchgehends übel beschriebenen Conduite, auch schlechten Haushaltung, alles Ihr dagegen geschehenen Erinnerns ungeachtet, solches contramandiret, nicht so gar injuste geeyfert, vielmehr er wol befugt gewesen, dieselbe ihrer Widersetzligkeit halber, Rechtes vergönneter massen zu castigiren: Folglich es allerdings das Ansehen habe, ob könte Inquisitus, indem er ex justo dolore seiner Frauen einen Schlag über den Kopff gegeben, anders nicht, als in soweit er in modo castigandi uxorem, excediret, gestraffet werden, allermeist da bey so bewandten Umständen es scheinet, daß er so wenig animum vulnerandi, als noch weniger animum occidendi gehabt, und also der ad pœnam capitalem infligendam erforderliche Dolus, auf denselben nicht gebracht werden möge; folglich ob defectum doli, pœna ordinaria von selbst cessiren müsse, cum quoties dolus in delictis abfuit, toties non ordinaria, sed extraordinaria pœna in delinquente statuenda sit,

L. 10. ff. ad L. Cornel. de Sicar.
FULV. PACIAN. *Conf. 92. n. 27. seqv.*
BRUNN. *ad L. 7. ff. ad L. Cornel. de Sicar.*

wozu weiter

2. kommet, daß Dni Medici super lethalitate vulneris, unter sich gantz uneins sind, indem zwar FCtas Medica mit dem bey der inspectione vulneris gewesenen Medico und Chirurgo, dieselbe asseriren, gleichwol aber doch zwene renommirte Medici solche negiren,

vid. *Num. Act. ult.* & *Num. Act.* 24. *ibi Num.* 4.
Beyl. *Sub A. ad Num. Act.* 53.

Solchenfals aber Ddres gemeiniglich pro vulnerante urtheilen,

CARPZ. *Pr. Cr. qu.* 26. *n.* 28. & 47. *seqv.*
GUAZZIN *de defens. Inquis.* 4. *C.* 10. *n.* 19.

Et

Et illorum attestationi folgen, qui vulnus lethale non esse asserunt,

KLOCK. *Tom.* 3. *Cons.* 193. *n.* 5.
STRUV. *Obs. Crim.* 21.

cum Judex semper adhærere debeat benigniori sententiæ,

CÆPOLLA *Cons.* 61. *n.* 33.
MENOCH. *de A. J. Qu. L.* 2. *Cas.* 275. *n.* 13.

So ist doch

3. wohl zu mercken, daß es pro actu doloso gehalten werde, wenn ein Ehe-Mann seine Frau mit einem solchen Instrument schläget, wovon er leicht vermuthen kan, und muß, daß er damit dieselbe tödtlich verwunden mögte, folglich, da er in re illicita versire, er de omni eventu gehalten sey, und pœna gladii dictiret werden müsse, ob er gleich keinen animum occidendi directo gehabt,

per ea, quæ fusius exponit
CARPZ. *Pr. Crim. qu.* 15. *n.* 9. *seqq.*

Wann nun die Trense, womit Inquisitus den unglücklichen Schlag gethan, pro tali instrumento, um so viel mehr anzusehen ist, als es der Augenschein giebet, daß das daran hängende schwere Gebiß, wenn man einen damit mit solcher Force auf den Kopf schläget, wol tödlich verwunden könne, und zudem Dni Medici die post vulnerationem gefundene Schram, pro vulnere ut plurimum lethali achten,

vid. *Num. Actor. ult.*

So hat Inquisito pœna gladii nothwendig dictiret werden müssen, zumal, da nicht nur pro FCte integra eine grössere Præsumtion, als pro privatis Medicis ist, sondern auch FCtas Medica in præsenti casu beyderseits rationes ponderiret, und weitläuftig respondiret hat. A. V. R. W. R. d. 18. Junii, 175.

* * *

His præmissis brevis esse potero in decidenda quæstione, *quando Facultates Medicæ inspectionem factam insufficientem esse ajunt,*

an Judex pœnam ordinariam remittere debeat? Quod scilicet Judici integrum maneat ex reliquis circumstantiis, factum stipantibus, quo animus occidendi serius, subsequente effectu, pertinet, Legibus conformem sententiam dictitare, nec a Medicorum nutu simpliciter pendere. Nam & Facultates Medicæ lethalitatem eandemque absolutam pronuntiant, etiamsi in formula depositionis ab inspectoribus Judici oblata, multa habeant, quæ desiderant. Quod jam Juris in alios statuunt, hoc sibi quoque justum esse putabunt.

Spectant huc, quæ leguntur in celeberrimi Dn. Samuel. STRYK *Programmate*, Wittembergæ A. C. 1691. publicato. Ipse, inquit, *Carolus V.* in Nemesi sua subinde ad Medicorum Judicium remisit Judices, præsertim, ubi ob effusum sanguinem humanum mortis supplicium venit irrogandum: Si enim Medicorum arbitrio mortiferum vulnus reputatum non fuerit, non morte, verum extra ordinem puniendum esse homicidam, uno ore ab illis, qui circa criminales causas occupantur Doctoribus, assertum est huc usque. Non equidem vituperanda est illa *Caroli V.* judicibus injuncta industria, ut casu veniente exactissimam vulneris inspectionem adhibeant: Æque enim Reipublicæ interest, ne rapiatur ad supplicium ille, qui mortem non meruit, quam ne supplicio eximatur, cujus factum ipse Deus sanguine piandum ab initio rerum censuit. Verum enim vero postquam in sectas abire Medici, & novis novorum ingeniorum experimentis veterum placita erroris accusare cœperunt, eo deventum est hodie, ut non pauci homicidarum, solis Medicorum subtilitatibus, ab optime merito liberentur supplicio. Vix enim vulnus quoddam, si unum alterumve exceperis, proferri poterit, quod absolute mortiferum esse universa Medicorum schola asserat. Quod eatenus in criminali foro probatum, ut si quidam Medicorum vulnus lethale contendant, alii vero medicinam vulneri parari potuisse, si Medicus vulnerato mox adfuisset peritus, & insolita quædam remedia, vix centesimo Chirurgorum

gorum nota, adhibuisset, intrepide adstruant, in hoc negotio dubio, standum illorum esse asserto, qui vulnus mortiferum negaverint, utpote quod hæc assertio Rei defensionem, summo favore dignam, promoveat. Verum ita non amplius divino Judicio, sed Medicorum arbitrio subjacebit, an ultimo destinandus sit supplicio Homicida, an ejus sangvini parcendum?

MEMBRUM III.
sistit Observationes.

Observatio I.

Vulnera inflicta, nec ante mortem, nec morte insecuta, possunt renunciari lethalia, aut minus lethalia, nisi inspectio post mortem accesserit.

NOn in malam partem interpretabuntur Medici, quod ipsorum Labores meos jam faciam, &, quas magna sedulitate conscripserunt observationes, has evolvendo, & allegando, in usus meos traham. *Legum peritia*, ait BOHN. *in Medicin. Forens. Specim.* 1. §. 3. *Sociam & adjutricem sibi fidam, sano quasi fœdere, in Jure dicendo copulat Medicinam, quo ex utriusque connubio scientia prodeat Medico Legalis, seu Medicina forensis integritati Reipublicæ maxime fructuosa.* Obtinet autem circa prædictiones vulnerum, quod toto die in aliis morbis ac ægritudinibus observamus, ut fallaciarum, ratione eventus, plena sint omnia, i. e. ut evadant vulnerati, quos quivis adstantium, ne Medicis quidem exceptis, pro conclamatis habuit, welche vor Kinder des Todes gehalten, vor todte Leute auf- und angenommen worden, e contra succumbant, quos vix læsos esse, ex vulneris contemplatione, & symptomatum absentia, omnes dixerint. *Joan. Nicol.* PECHLIN. *in histor. Vulner. Thorac. pag.* 5. de se refert, quod Studiosum grassatorem nocturnum periculo-

fissime vulneratum, judicio symptomatum plane feralium, & considerationе viarum laesarum judicaverit, sed qui convaluerit, & de tristibus Medicorum vaticiniis triumphaverit. Eadem obvenere *Joan. Adrian.* SLEVOGTIO, qui in Programmate *de quibusdam explorat. morb. impedim.* narrat, accepisse Studiosum Jenensem sub dextra papilla ab angusto gladio vulnus sex pollices longum, stylum admittens, rejecisse mox per tussim sanguinem multum, spumantem floridumque, post aliquot horas respirationem factam esse difficilem, decubitumque molestum, ut sedere coactus fuerit, hinc vulnus judicatum fuisse lethale, quod tamen paucorum dierum spatio sanatum, ut juvenis ille sanus ac vegetus perstiterit. Idem de Studioso Trarbacensi affert in *Disp. de vulner. explorat. Jen. Ao.* 1721. habit. p. 14. hunc novies in capite vulneratum esse, ita ut quinque vulnera satis profunde cerebrum fulcaverint, nec ergo nisi tristem prædictionem formare jusserint; sed quæ adeo omnis molestiæ expertia fuerint, ut petulans, quod addit, juvenis, querelarum loco, noctes somno, dies autem facetiis & risu transegerit, sanatusque pristinum vivendi genus, curis expeditum continuaverit. conf. BOHN. *de offic. Med., pag.* 23. ubi plura hujus commatis exempla reperiuntur. Longe alia fuere fata Studiosi Medicinæ, de quo SLEVOGT, *l. c.* qui a rusticis in pago lapidibus petitus fuit, & in anteriore capitis regione laesus, sed parum inde afflictus sibi & aliis habitus, ut domum abire valuerit, & alienam opem oblatam repudiando, semet sibi remedia applicare posse crediderit, vixque per tres ante mortem dies decumbere coactus fuerit, obiens vero post dimidium mensem, non capitis culpa interiisse, ab adstantibus judicatus est, sed ex gangræna cutis, ex nulla externa vel manifesta causa subito irruente, ubi tamen inspectio legalis docuit, a jactu lapidum cranium non solum depressum, & in tres fissuras divisum fuisse, sed cerebro putredinem etiam lethalem impressam. Huic observationi jungo casum, de vulnere lethali, vulnerato ultra novem septimanas superstite, qui nuper-

nuperrime in his oris contigit, & quem ex Actis mihi communicatum verbotenus inferendum esse duxi: Ein Dragouner ist den 28. Jul. 1724. an der Stirne blessirt worden, da er mit jemand Händel gehabt, doch da solches in Finstern geschehen, ohne zu wissen auf was vor eine Art, oder mit was vor einem instrument. Der dazu gefoderte Chirurgus von der Compagnie, findet die Blessure eines Fingers lang, und observiret bey der Sondirung, daß das Cranium an selbigem Orte eine kleine Fissure bekommen, hat aber glauben müssen, weil keine Symptomata sich gefunden, welche sonsten bey harten Schlägen des cranii zu äussern pflegen, daß die Verwundung mit einem scharffen Instrument geschehen seyn müste, und es sich bey Heilung der Wunde mit so einer Fissur auch geben würde. Es hat auch der Blessirte seine Dienste im Exerciren, und übrigen Zusammenkünfften der Compagnie, ohne einiges Klagen über den Kopff, oder dergleichen Zufällen, die einige Soupçon von verhandener Gefahr anzeigen mögen, 3 Wochen hindurch abgewartet, wärender Zeit die Wunde sich mehrentheils geschlossen. In der vierdten Woche aber hat er angefangen zu klagen über hefftige Kopff-Schmertzen, Schwindel, auch Wehtage der Augen, wie dann auch ab und an vomiret. Desfals sein Chirurgus an den Chirurgien Major bey solchen Regiment N. N. geschrieben, und gebethen, überzukommen, indessen bis zu seiner Ankunfft dienliche Medicamenta solchen Zufällen zu wehren verordnet. Da hierauff derselbe angekommen, und bey Sondirung der Blessure noch Spuren obgedachter Fissur beobachtet, also versuchet äusserlich mit Fomentationibus, auch inwendig mit cephalicis zu Hülffe zu kommen: aber da die Zufälle nicht nachlassen wollen, hat er eine incision gemacht, da sich ein fragmentum ossis gezeiget, in der Grösse des Nagels vom mittelsten Finger, und solches ziemlich loß; Es ist also wohlerwehnter Chirurgus N. N. auf den Entschluß gekommen, eine Trepanation hieselbst anzustellen; weilen aber solches Fragmentum des folgenden Morgens sich völlig gelöset, und heraus genommen worden, da keine Materie gefolget, so

auch die Symptomata nachgelassen, hat er mit solcher Operation eingehalten, den Patienten nach einen bequehmen Ort gebracht, ihn nach aller Mögligkeit mit äusserlichen und innerlichen Mitteln versorget, und allen Fleiß zur Genesung angewandt. Es haben aber die Symptomata des Erbrechens, der Kopf-Schmertzen, welche von denen Augen an bis hinten im Kopf sich erstrecket, des Schwindels, wozu noch ein hefftiger Schweiß gekommen, sich wieder eingestellet, bis in der Nacht vom 22. Sept. bis auf den 23 dieses Monaths der Blessirte in einen tieffen Schlaff gefallen, und in solchen des folgenden Mittags verschieden.

Bey hierauf den 25. Sept. vorgenommenen Oeffnung, welche aus Rostock der Medicus N. N. und der Chirurgien Major N. N. verrichteten, fand man sowol das Gesicht, als auch die linckere Seite des Halses und der Brust, von der angefangenen Putrefaction sehr aufgetrieben, und aus der Nase, wie auch dem Mund floß Bluth und Wäßrigkeit hervor. Die Wunde an dem osse Frontis war anderthalb Zoll über die Nase, schier in der Mitte des Knochens, die Wunde hatte sich inwendig mit einer Haut geschlossen. Nach abgenommenen Cranio fand sich weder Materie, so sich zwischen demselben, oder der dura mater solte aufgehalten haben, noch geronnenes Geblüthe, noch sonsten eine marque einer Læsion, nur daß gegen der Blessure über, die dura mater etwas aufgetrieben zu sehen war. Man incidirte also die dura mater, aber auch zwischen solcher, und der pia fand sich keine materie, daß vielmehr die Gestalt des Cerebri gantz gesund aussahe, nur das abermahl an der Stelle, welche gegen der Blessure über stand, an der lincken Seite des Sinus Falciformis, etwas von demselben hervorragte, welches eine grünliche Couleur hatte. Da man hierauf diesen Ort incidirte, fand sich eine ungemeine Menge gelbes Eiters, doch ohne Geruch, welcher bis in den Ventriculum sinistrum alles angefüllet, und bey nahe bey 6. Leffel voll ausmachte. Die rechte Seite des Gehirns war frisch und gesund anzusehen. Quam ergo vera sunt, quæ PECHLINUS *l. c. pag.* 10. *affert: cum fundi vulneris conditio, figura & magnitudo,*

gnitudo, & maxime ruptarum venarum vel copia aut quantitas, in quo tamen maximum est momentum, explorari specillo nequeant, utique patet, quam eorum, quæ adhibita sunt, incerta sit atque difficilis probatio, ut ne quis putet rem esse levem de vulneribus, utut manui specilloque obviis, judicio decernere, & paulo post: *ponderanda sunt omnia & ubi ponderaveris, non protinus fidendum indicio: quando in abdito lateant, quæ universam prædictionis materiam moderentur. Equidem cum morbi ingenium non in totum est perspectum, incerta est futurorum ratio.* Huc quoque spectant verba *Christoph. Joh.* LANG. *in Chirurg. cap. 5. p. m.* 214. *Nunquam suaserim*, inquit, *ut quis in judicando nimium sit temerarius, hoc est, certo & infallibiliter sententiam vitæ & necis dicat, fiunt namque hodie miracula in Medicina, & versa vice, leviſſimæ primo intuitu læsiones a symptomatibus horrendis, sæpiusque morte ipsa, præter omnem opinionem excipiuntur.* Et confirmat hoc allegando, *quam, specialius in capitis vulneribus, sæpe, quæ ne cutem quidem, vel vix penetrasse visa, post aliquot dies interemerint.*

Observatio II.

Ex tempore, quo vulneratus moritur, minus fide de qualitate vulneris judicatur.

NOn hodie demum, nec saltem apud vulgum opinio regnat, quod vulneratus, quando a plaga accepta pauco temporis, vel paucorum dierum intervallo occumbit, hic obitus plagæ sit tribuendus, & contra, quando post longius temporis, vel plurium dierum, intervallum demum vitam deponit, hoc non vulneri perpesso, sed alii cuidam causæ, sit tribuendum; sed hæc illatio ab antiquis temporibus, mentibus quoque optimorum ICtorum firmiter satis inhæsit, & in Voluminibus horundem legere est, vid. BARTOL. in *tit. ff. ad Leg. Cornel. de sicar. n.* 3. REDEKER in *Disp. de Vulner.* §. 21. Inter Recentiores numeraverim Illustr. STRYK. qui in *tract. de Jur. sens. Dissert.* 1, *c.* 3. subscribit MENOCHIO, BOERIO, præsumentibus ex vulnere decessisse, qui mox illato vul-

nere decedat, nec hanc præsumtionem nudam esse asserit, sed quod facto conspiret, ad pœnam ordinariam sufficientem, additque FCtatem Juridicam Ffurtanam aliquoties in tali casu ordinariam pœnam dictitasse. Quod magis! celeberrimus BLUMLACHIUS, etiamsi in *not. ad Constit. Crim. Carol. articul.* 147. *pag.* 633. falsam hanc dixerit opinionem, acsi vulnerato morte post decimum diem superveniente, vulnerans nec pro homicida haberi, nec capitaliter puniri possit, & rationem addiderit; non tempus retinendi vitam post factam vulnerationem attendendum esse, sed inspiciendam qualitatem vulneris: attamen *pag.* 636. his accedit, qui ex hoc judicium ferendum esse volunt, num vulneratus ex accepto vulnere sit mortuus nec ne, quam diu nempe post acceptum vulnus vixerit, ac addit præsumtionem esse contra vulnerantem, si brevi post vulnerationem mortuus fuerit. Nec desunt ex ordine Medicorum, qui pariter concludunt, & lethalitatem ex tractu temporis a plaga illata colligunt. Ita disertis verbis *Paul AMMAN.* in *Prax. vulner. lethal. pag.* 69. *Quo citius aliquis ab accepto & rite tractato vulnere moritur, eo major præsupponenda est lethalitas;* quam suam mentem in allegato Libro passim repetit. v. g. *pag.* 42. *lethale fuit ob citissimam mortem, quoniam intra intervallum novem horarum mortuus est*: pag. 50. *lethale vulnus, quia afflictus a vulnere accepto intra spatium unius diei mortuus*: pag. 62. *læsio est lethalis, saltem ob termini brevitatem, nam intra quatriduum post acceptas plagas, est pluribus annumeratus.* Fortun. FIDEL. l. c. pag. 517. scribit: *si lethalia signa ductius tardent jam non amplius vulnus, sed alios errores jure culpaveris.* Paulus ZACCHIAS in Quæst. Medic. Legal. Libr. 5. tit. 2. quæst. 6. p. m. 422. scribit: *se conclusionem Farinacii supra allatam pro verissima recipere, nec ultra septimam esse extendendam.* Quod si tamen in tam serio negotio experientiam, optimam, in his quæ fiunt vel obtinent, magistram, consulam, communem illam sententiam multis exemplis infringi & dubiam reddi, in aprico est. Nam ut primo loco afferam observationes, quibus eliditur, brevitatem temporis,

quo

quo mors a plaga inflicta insequitur, nil facere ad lethalitatem plagæ inflictæ; Refert VALENTINI ex ore Doct. Maji, Marpurgensis primum, post Rintelienſis Academiæ Professoris, corruisse aliquem a pollice ab adstante in pectus impacto, & manfisse exanimem, sub cujus inspectione repertum fuit Empyema a contusione disruptum fuisse, quod a longis temporibus illic latuerat, vid. *Pandect. Medic. Legal. P. 2. Sect. 1. §. 8.* Et subnectit occasione hujus, læsionem manus vetulæ, scutica ex genitali taurino parata, (nostrates vocant einen Bullen-Pesel) ex qua tibubare illa temulentæ instar cœpit, cecidit que, quin & die tertio mortua est. ZITMANNUS *in Medic. Forens. Cent. 2. cas. 51.* allegat casum rustici, circa vesperam in via vapulantis, qui quarto abhinc die mortuus, de quo Acta testantur, quod non ex vulneribus acceptis, sed abhinc mortuus sit, quia per integram noctem in agro derelictus remanserit, nec deligatus fuerit. Ibid. pag. 1151. refertur de læsione vasorum cruralium, a qua intra horam vulneratus occubuit, quam FCtas Lipsiensis, ex rationibus ibidem subnexis, non lethalem judicavit. Qualia Exempla idem Author passim plura memorat, ex quibus, ne dubii quidquam remaneat, quam ex brevitate temporis obitus ad lethalitatem non nisi dubitanter sit inferendum, ex *eodem Authore*, ejusque *Centur. 6. cap. 51.* allego speciem facti concussionis abdominis, frusto carnis factam: Da ein Bürger einen andern mit einem stück Fleisch, so aus der Dünnung ohne Knochen, und nur ein lappicht stück Fleisch gewesen, über den Bauch schläget, davon dieser sehr zu stöhnen und zu jammern angefangen, auch den 5. Tag hernach verstorben; Bey der Besichtigung funden sich äusserlich auf der rechten Seiten 3. qver Finger Breit unter den kurtzen Rippen ein blauer Fleck, eines Gliedes lang, und qver Fingers breit, ferner unterwers auf solcher Seite wieder ein dergleichen blauer Fleck eines 2. Groschen Stücks groß. Bey Eröffnung des Unterleibes ist der Leib gantz voller Wasser und Urin gewesen, daß Netze im Leibe zersprungen, und gantz faul befunden worden, unter-

unter dem obersten blauen Flecken ist das intestinum Colon, wie auch das Mesenterium blau und braun gewesen, die Brust ist inwendig gleichfals voller Wasser, und die Lunge gleichfals angelauffen gewesen. conf. BOHN. *de offic. duplic. Med cap. 4. pag.* 588. Tales itidem scrupuli occurrunt circa lethalitatem plagarum abhinc negandam, quod læsus satis diu vitam continuaverit, ut pronunciandum sit, talem a vulnere quidem, sed non ex vulnere occubuisse, inquisitum ergo de vulnere, non autem de morte teneri, quia observationes medico-legales dubitationem non unam hic injiciunt. Præter illas, quas apud BOHNIUM *in renunc. Vulner. pag.* 143. *& seq.* quivis legere potest, referam binas, hic loci, in binis Studiosis notabiles. Altera est, vulneris gladio prælongo pectori, & quidem in latere dextro punctim in die 5. Decembris 1703. inflicti, ex quo demum vulneratus die 4. Jan. 1704. sicque post 4. septimanas, & 2. dies obiit; intra quod tempus læsus, imprimis intra priores binas septimanas, citra graviora symptomata in musæo obambulavit, & ad se redire visus est, ut omnes illum leviter saltem vulneratum crediderint, hecticæ magis, quæ obreperat, tribuerint, quod mortuus fuerit. Sed reseratio pectoris, jussu Magistratus facta, docuit, vulnus statim ab initio fuisse per se lethale. Reperiebatur enim in dextro pulmonum præfracta cuspis gladii, ad longitudinem digiti minoris utrinque obtusa, cum ex impetu ictus mucro tangendo costam jamdum secessserat, & in terram ceciderat; illa vero a vasis dicti pulmonis firmiter detenta hærebat, pulmonis substantia purulenta existente. Verba Documenti Inspectionis ita se habent: Es ist die Wunde 3. Finger breit unter der rechten Wartzen, von einer kleinen Weite, ohngefehr einen Nagel eines kleinen Fingers breit, und zugeheilet befunden worden, und ist dieselbe durch das Ende des musculi pectoralis, nachdem die integumenta thoracis communia separiret worden, durchgegangen, wo der musculus pectoralis an den musculum oblique descendentem abdominis stösset, und ist diese Wunde zwischen der 5- und 6ten Ribbe

von

von oben zu rechnen, dichte über die Ribben durch die musculos intercostales durchgegangen, und als man beschäfftiget gewesen, das os sternum von dem diaphragmate anzu rechnen, zu separiren, und deswegen alle integumenta abdominis propria bis an den Nabel lösen müssen, hat sich auf der rechten Seite, bey der Leber eine grosse Menge gelblich Wasser hervorgegeben, davon 3 Löffel voll aufgehoben, das übrige in grösserer Menge weggeloffen. Wie man nun das os sternum von denen costis zu separiren angefangen, ist auf beyden Seiten viel dünnes stinckendes, röthliches Wasser hervorgekomen, auch nachgehends bey removirung des ossis sterni befunden, daß der gantze Thorax mit dergleichen Materie, insonderheit aber die rechte Seite angefüllet gewesen, ohngefehr allzusamen wol 2 Kannen voll. Als man weiter die Wunde recognosciret, so ist der Stich durch die sechste Ribbe oberwerts, so daß die oberste Kante der Ribben noch etwas ausgerissen, durchgegangen, und ist die pleura an der verwundeten Seiten von oben bis unten aus, auch an dem Ort, meistens verfaulet, und ist der Degen durch den inferiorem Lobum pulmonis dextri durchgegangen, dessen Spitze man wegen der verdorbenen und verfaulten Lungen einen Daumen breit von dem diaphragmate bloß und schwartz stinckend gefunden, und hat das Ende vom Degen in dem noch übrigen corrumpirten Lobo pulmonis dextri, anderthalb Zoll tieff hinnein gestecket, und ist am Ende abgebrochen befunden worden. Das gantze Ende von diesem Stumpfen ist just 2 Zoll lang, und eine dreyeckigte Klinge, und hat das abgebrochene Ende aufgehöret in der äussersten superficie interna hujus lobi, wo sie das pericardium respiciret, und ist die äusserste Spitze des Degens, ob sie gleich sowol inwendig als auswendig mit aller Behutsamkeit gesuchet, dennoch nicht gefunden worden. *Altera* se sistit in vulnere, reni sinistro gladio inflicto, & quidem in die 31. Decembr. 1713. a quo vulneratus intra quartam septimanam scilicet die 23 Jan. 1714. mortalitati valedixit, & nihilo tamen minus, transmisso Inspectionis Documento FCtas Lipsiensis lethalitatem absolutam, rationibus adjectis, pronunciavit. Hæ similesve excepti-

ones passim obviæ valde limitant regulam sive Medicorum sive Iperitorum, ac si mors tardior arguat vulneris illethalitatem, derogatque authoritati horum, qui aliis regulam illam suadent, ne fallantur. Accedendum magis ex numero JCtorum *Saliceto*, *Borio*, *Farinacio*, qui referente *Bohnio*, *l.c. p.m.*148. præsumendum esse volunt, si alias constet, vulnus, quo læsus periit, extitisse mortale, vulneratum ex vulnere decessisse, quandocunq; idem, etiam ex intervallo, moriatur. Ex ordine Medicorum AMMANNUS pariter, etsi velit a brevitate termini ad lethalitatem concludi posse, de quo antea, negat tamen hanc conclusionem; *Hic tardius moritur ex vulnere illato: E. istud vulnus non fuit lethale.*

OBSERVATIO III.

Vulnera per se lethalia non possunt abire in vulnera lethalia per accidens: bene vero, quæ modo per accidens lethalia sunt, possunt evadere vulnera, ad lethalia per se referenda.

QUi Definitiones in præcedentibus a me allatas ponderare & retinere voluerit, statim citra omnem hæsitationem subscribet huic observationi; siquidem formale lethalitatis consistit in insufficientia opis Medicæ ad vulnera hujus generis adhiberi solitæ, illethalitatis autem, quando quæ subvenire potuisset medela, vel spernitur, vel negligitur, vel invertitur, vel impeditur. Nec tamen adeo infrequenter acta testantur de pœna ordinaria remisisse Judicem, etsi vulnus lethale fuerit, quando in atteſtatis medicis allegantur, *v. g.* omissa sub curatione, vel non tempestive satis adhibita remedia chirurgica, aut pharmaceutica; moderamen vulnerati noxium, adstantium malum ministerium &c. Ut hujus momenti ergo, merito exclamet Illustr. Dn. STRYK. in Program. supra citato: *facilius esse, homicidam a gladio, quam a furca furem liberare.*

Quot

Quot non homicidæ e. g. pœnam ordinariam evaſere, ex omiſſa ſub curatione trepanatione, ſive perforatione capitis, quam Patroni Cauſarum ſemper urgent in vulneribus capitis? etiamſi a Medicis hæc operatio chirurgica habeatur remedium deſperatum, anceps, per conjecturam ſaltem adhibendum: AMMAN. *in Prax. vulner. lethal. pag.* 78. & inſtrumento veritatis, quod torturam vocamus, longe fragilius. *Perverſi homicidarum defenſores*, loquitur BOHN. in Diſſert. de Trepanat. difficultat, *horumque interdum amanuenſes, Medici minus religioſi, at imperitiores, in ejusmodi percuſſionibus non niſi modiolum crepant, hinc ejus neglectum mali regiminis & erroris Chirurgi ſpeciem afferunt, quo vulnus in ſe lethale per accidens tantum mortiferum reddere, ſicque pœnam criminis ordinariam in arbitrariam commutare, mercede cruenta conducti, ſatagant. Quos itidem a pœna ordinaria non liberos fecit Chirurgi negligentia in ſecando venam, tardior acceſſus, &c. cum, quando vulnus per ſe lethale, ſi vel decies vena fuiſſet ſecta, & Chorus Chirurgorum ſtatim adſtitiſſet ab obligandum, mors fuiſſet inſecuta;* & tandem: *quoties non pro ſalvando inquiſito accuſatur vulnerati malum regimen, adſtantium ſupina cura, aëris conditio inſalubris, etiamſi hæc omnia, ſi non acceſſiſſent, lethalitas vulneris mortem poſt ſe traxiſſet.* Sunt aliquot anniquando in cauſa homicidii inquiſiti Advocatus illum, cui pœna ordinaria jam dictata fuerat, ſalvare voluit, allegando verba Medici, qui retulerat: Ob wol die Verwundung geſtalten Sachen nach, an und vor ſich ſelbſt pro abſolute & ſimpliciter lethali zu achten, und alſo allhier weder die desfals ſonſt nöthige Bähungen, nach Aderlaß oder Eröffnung des Cranii etwas früchten mögen; So hat dennoch der Chirurgus N. zu verantworten, daß er mit Verbindung des Beſchädigten gantz amethodos verfahren, und nicht mahl das Bluth geſtillet, ſondern ſelben noch bey die 3. Stunden verbluthen laſſen ꝛc. Acta ergo ad FCtem Ampliſſimam Juridic. miſſa, quæ Facultatem Medicam iterum conſuluit, interrogando: Ob Defunctus, wenn er gebührend verbunden wäre, beym Leben hätte können erhalten werden? cui reſponſum: Daß der Defunctus, wann

er auch auf die geschicklichste Art wäre verbunden, und die besten Blutstillungen adhibiret worden, dennoch nicht mögen beym Leben erhalten werden, sondern daß die vom Medico und Chirurgis observirte und in Actis beygebrachte Læsiones absolut & simpliciter lethal seyn, und der Geschlagene an denenselben nohtwendig habe sterben müssen. Graviter hinc AMMANNUS l.c. p. 42. inscitia & ruditas Medici vel Chirurgi in manifesta lethalitate non debet sublevare homicidam vel reum; & paulo post pag. 123. respondet ad allegatos in relatione excessus a causis externis, & in malo regimine consistentes; *his lethalitas absoluta non infringitur. Nam etiam celebrata Venaesectione perstat lethalitas & patiens hoc modo vulneratus, necessario moritur. Mortuus etiam fuisset ex hoc vulnere, si fuisset sobrius, item si motio corporis non facta fuisset.* Manet itaque veritati consonum, non detrahi aliquid lethalitati, quamvis circa vulneris deligationem vel vulnerati regimen desiderari varia potuerint, nec ergo Juri consentaneum esse, si judex se patiatur istiusmodi machinationibus eo abripi, ut poenam extraordinariam dictitet. Longe alia ratio est, circa vulnera *per accidens lethalia*, i. e. in quibus ars medica sub regimine vulnerati conveniente subvenire, & vulneratum restituere potuisset. Nam ubi utrumque cessaverit, accidit perquam frequenter, ut eundem effectum physicum post se trahant, quem vulnera lethalia, nempe ut vulneratus ex læsione occumbat. Legere hinc est in Actis judicialibus, & passim in relationibus Medicorum, hunc periisse ex nimia hæmorrhagia, quæ potuisset a Chirurgo sisti: illum ex absentia Chirurgi vel instrumentorum Chirurgicorum; istum ex negligentia Chirurgi vulnus raro deligantis; alium ex ira, aliisve symptomatis vulneratum exercentibus &c. Quae differentia ratione pœnæ diversitatem non levem parit. Equidem ad mentem Celeb. BODIN. supersedere posset Judex omni hoc examine, an vulnus lethale per se, an per accidens? quando per accidens, an ex parte vulnerantis, vel vulnerati? &c. quia & lethales & non lethales vulnerationes, imo hae

ex

ex quibus vulneratus divina directione evaserit, morte puniendæ, conf. Ejus *Disput. in præfam. alleg. pag.* 10. Consistit autem asserti hujus robur & fundatum in hac præconcepta opinione, quod homicida non propterea puniendus, quod Physica actione vita aliquem priva verit, sed quod dolosa & illicita offensione rempublicam offenderit, publicam pacem violando, & in periculum mortis ponendo illum, cuius defensio & tutela Reipublicae erat commissa. Hæc tamen sententia nondum ab omnibus Magistratibus, licet forte à quibusdam recepta, vel approbata, nec facile communem assensum obtinebit, quia homicidam insuper & vel maxime prægravat, quod suo facto, dolo malo & physica tali actione Rempublicam membro quodam privaverit ad se spectante, huius privationis ergo dolosæ, & quaecunque ad eandem referri meretur, pœnam delicto huic statutam sustinendam habeat. Fundamento ergo non satis valido sublato corruant omnia necesse est, quae Celeb. ille Autor, illi l. c. superstruxit. Conferantur, quae in præcedentibus ratione animi occidendi, quod citra effectum physicum non sufficiat ad poenam capitalem infligendam, in *Axiom.* 9. fusius sunt allata. Hoc tamen reticere non possum (an iterum, uti p. 53. dixi, ex carbonaria fide in Medicorum testimonia?) extendi perfrequenter, in gratiam homicidæ, limitationem vulnerum per accidens magis quam quidem propitio Jure fieri debebat, cum tamen vulnerantem a poena ordinaria non semper hoc liberare possit, quod vulnus inflictum sit per accidens lethale, quando mors insecuta. De eo penes omnes, si Bodini asseclas (sunt vero pauciſſimi) exceperis, nullum dubium, quod culpam sive Chirurgi, sive vulnerati eandemque claram & demonstrabilem vulnerans ferre non debeat v. g. quando Chirurgus loco medelae plagam lethalem leviter vulnerato parat, vel vulneratus ligamenta Chirurgi solvit, omnia hujus monita rejicit, vino & ira quotidie æstuat, ex apostemate antiquo sub vulneris cura moritur &c.

Aſt ſi præter vulnerati culpam, aliæ circumſtantiæ immedicabiles vulnus per accidens reddiderint lethale, & lethum attulerint, an homicida de morte teneatur? non adeo evictum eſt, vel communi praxi roboratum. Ad authoritatem provocare ſub tanta animorum diſcordia haud licet, nec regulæ facile dari poſſunt, ubi mille circumſtantiæ mille exceptiones gignunt. Generatim interim affirmandum videtur, vulnerantem ut homicidam eſſe habendum, & de morte teneri, quoties vulnere quidem per accidens lethali exiſtente, nihilominus mors inſequitur, quando vulneratus vel ratione *loci*, vel ratione *temporis*, vel ratione *aliarum circumſtantiarum* non evitandarum vel corrigendarum, præter omnem ſuam culpam, ope illa medica ordinaria frui nequit, quæ medelam & ſolatium afferre potuiſſet; quia ratione effectus unum idemque eſt: vulnus ob inſufficientiam opis Medicae eſſe lethale, & vulnus ex defectu opis medicæ fieri lethale. Item quando ipſi innotuit conſtitutionem vulnerati tam teneram & fragilem eſſe, ut a levi ictu periculum vitæ ſit metuendum. Hinc ſubſumendo colligitur, [illegible]enam capitalem locum habere, quando vulneratus ex hæmorrhagia compeſcibili perit, quia eſt in loco deſerto, remotus a [illegible]ciliis Chirurgicis, vel citius occumbit quam Chirurgus advolare & illam ſiſtere valuerit; item quando haud lethaliter quis læſus, ita tamen, ut, quia greſſus facere haud potuit, frigore oppreſſus perierit; quando caput pueri tali ictu concutitur, quem adulti cranium facile ſuſtinuiſſet; ita gravidæ, puerperæ, ex duriori contactu ſuccumbunt, qui viros haud occidiſſet &c. E contra de vulnere ſaltem vulnerantem teneri, quando memorata vulnera mortem poſt ſe trahunt 1) ex evidenti culpa Chirurgi, ſive hic commiſerit non committenda, quin potius noxia; ſive omiſerit ordinaria & probata remedia: 2) ex vulnerati temerario contemptu mediorum ſalutem procurantium & conſiliorum huc facientium: 3) ex adſtantium vel miniſtrantium palpabili culpa, offerendo minus ſalutaria, vel negligendo neceſſaria. Caſus

ſpeciales

speciales ex brevitatis studio, addere supersedeo, cum undique & frequentissime in scriptis Medico-Forensibus occurrant.

MEMBRUM IV. sistit PROPOSITIONES.

PROPOSITIO. I.

INspectio vulneratorum post mortem insecutam *non est necessaria*, quando judex novit pœnam ordinariam homicidii locum non habere.

Explicatio.

QVia (*vi Definit.* 1.) Inspectio vulnerum a Judice injungitur, ut hic noverit, an pœna ordinaria inquisito sit decernenda? hinc inter media est, quæ ad hunc finem faciunt: sponte sequitur, ubi finis cessat, non opus esse mediis ad finem obtinendum facientibus.

Cessat vero pœna ordinaria homicidii in his, qui *integro mentis usu non valent*, sive hoc sit ex *ætate*, sive ex *amentia*, sive ex *delirio*. Ad illos referas *infantes* & *senes*; ad istos *dementes*; ad hos *Melancholicos*, *maniacos*, *phreneticos*, & his similes.

In *Infantibus* mentis usum ordinarie nondum eo adoleviſſe palam est, ut in rebus alicujus momenti argumenta pro & contra facientia examinare sive deliberare, §. 9. *J. de inutil. stipulat.* multo minus a tali examine statuere queant, quid justum, honestum aut utile? sed a sensuum relatione illorum voluntatem regi, hanc iterum imperare rationi. Disposuit ergo non præter rationem *L.* 12. *ff. ad Leg. Cornel. de Sicar.* infantem lethaliter vulnerando non puniendum, quia ex mentis imbecillitate delictum committere nequeat, sed agentem habendum pro non agente, L. 1. C. *de falſ. monet.*, L. 23. de *furt.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335272/phys_0061
DFG

furt. STRYK. *in Dissert. de pœn. impub. (vol. 4. Disp. 22.) cap. 2. num. 19. seqq.* GAIL. *Lib. 2. Obs. 110. num. 31.* Hinc inspectio ab infante occisi haud necessaria. Idem, quoad pœnam ordinariam, statuendum in impuberibus doli nondum capacibus. Quamvis enim de termino ultimo impuberis ætatis non inter omnes conveniat, quatenus sunt, qui septennium, sunt qui novennium, sunt qui nonum annum cum dimidio in femella, decimum vero annum cum dimidio in masculis pro termino ponunt, vid. VINNIVS *in not. ad §. 9. J. de inutil. stipulat.* STRYK. *d. Dissert. cap. 4. Disput. Inaugural.* CHRISTIAN. SCHULTZ. *de delictis pueror. Altorff. Anno 1683. habit. cap. 4. §. 7.* Cessante tamen dolo pœna quoque cessat ordinaria. Unde fratricidæ 12. annos nato, uterino, tribus annis majori, a quo primo colaphum in lusu puerili acceperat, cultellum non proprium, sed adstanti puellæ ereptum in abdomen inprimenti, adeoque lethaliter vulneranti, ut eadem hora animam efflaret, de pœna consulta FCtas Jurid. Rostoch. non ordinariam L. Corneliæ, sed vel relegationem ad decennium, vel pœnam pecuniariam pauperibus solvendam dictitavit Anno 1624. d. 13. Sept. Item puero 13. annorum fustigationem cum perpetua relegatione statuit laudata FCtas Jurid. Anno 1601. d. 8. Decembr. & An. 1605. d. 28. Sept. Et quod magis! adolescenti 15. annorum colaphi accepti injuria permoto, percussorem fere ejusdem ætatis, ictu cultelli ita graviter vulneranti, ut postero die fatis concederet, pœna fustigationis cum perpetua relegatione indicta, d. Anno 1624. d. 12. Decembr. cum minorennitas non tam doli, quam fervoris juvenilis capax, capitalem pœnam non admittat.

Quoad *senes* homicidas idem affirmaverim, si notorium rationem adeo defloruisse, ut infantibus æquiparandi sint, hinc agentes pro non agentibus habendi, ætatem pœnæ ordinariæ temperamentum afferre, ergo Jure cessare Inspectionem. Nec vero omnes senes bis pueri, nec omnes eodem annorum decursu robur corporis cum vigore animi deponunt. Hinc non facere possum

possum cum his, qui indistinctim pœnam capitalem iisdem imponendam esse negant; arg. *L. 2. ff. de termin. mot. & L. 3. §. 7. ff. ad SCtum Syllan. HARPRECHT. ad §. 5. J. de publ. Judic. n. 2. & 9.* nec ausim asserere inspectionem indistinctim omittendam, quando senex vulnerando mortem alicui intulerit, quin penes Judicem sit, de inspectionis necessitate hic decernere.

Quoad Amentiam nullum manet dubium, ac mentis obnubilatio sive sit nativa, sive ex morbo oriunda, veniam quoad alia delicta in judiciis meretur, pariter in perpetrato ab amente homicidio mentis imbecillitatem mitigare pœnam ordinariam, hinc inspectionem taliter vulnerati itidem necessariam haud esse. Siquidem vero amentes nosse non semper judicis est, quin simulatio, vel externa facies fallere hunc possit, ex unanimi consensu JCtorum a Medicis petendum sit judicium, *FARINAC. in Pract. Crim. part. 2. Tom. 1. Lib. 3. quæst. 94. n. 42. ZACCHIAS in Quæstion. Medic. Legal. Lib. 2. Tit. 1. quæst. 1. n. 2 3.* ad quod temporis mora quædam requiritur; in casu dubio præstat inspectionem adornare, ne fronte capillatam occasionem dimittendo abhinc judex in dubio hæreat, quæ de pœna ordinaria statuat. Equidem, quod *furiosos* attinet, hos in furoris actu lethaliter vulnerantes ob hoc plane non teneri jubet *L. 12. ff. ad Leg. Cornel. de Sicar.*, cum animus delinquendi desit, quia ignorant, quæ suscipiunt, *L. 2. C. de contrahend. empt. L. 5. §. 2. ff. ad L. Aquil.* nulla abhinc inspectionis necessitas; verum enim vero, cum intervalla furor admittat, vulneratio autem lethalis tempore illo intermedio facta ordinaria pœna punienda, *L. 14. de offic. Præsid.* non omnino plagas lethales a furiosis inflictas spernendas esse res ipsa loquitur, sed quod Inspectio in subsidium Juris vocanda.

Quæ de *dormientibus*, *noctambulis* mortiferè lædentibus moneri solent, quod a pœna ordinaria sint immunes, studio omitto, quia observationes istiusmodi aut fictæ sunt, aut valde raræ; conf. *FRID. PHILIPP. Dissert. de vulnerat. lethal. cap. 2. §. 10.*

11. *DAMHOUDER Prax. rer. crimin. cap.* 84. *n.* 12. Non adeo infrequentes cædes *Erotomanorum*, i.e. amoris insania laborantium, sive quod in objectum amabile sæviant, sive quod suos vexatores aut corrivales lethali ense petant. Sed quia furiosis habentur similes *Nov.* 74. *c.* 4. *pr.* horum quoque immunitate a pœna ordinaria fruuntur, per consequens ab his occisi, inspectione non indigent.

Pergo ad *Melancholia laborantes*, utpote, quorum cædes passim occurrunt, quas vel sibi vel aliis inferunt, nec possum, quin corpora occisorum ab inspectione vulneris libera esse affirmaverim, sicubi ante commissum propricidium vel homicidium notorium sit melancholiæ morbum adeo invaluisse, ut de mentis impotentia nullum penes Judicem vel Medicos, qui consuluntur, dubium remaneat. Sed nec *Maniacorum* nec *phreneticorum* vere talium vulnera lethalia ordinarie plectuntur, quia ictus ex impotentia animi, qui objecta rite examinare nequit, oriuntur, ut dolus locum non habeat; cessat ergo quoad illa merito legalis inspectio. Sed fingamus, quod corollarii loco adjicere liceat, *Medicum occidisse*, sive quod pharmaca deleteria propinaverit, sive quod operationem chirurgicam susceperit, ex quo æger occubuerit, an Legali inspectioni locus concedendus? Absit, ut ex pruritu convitiandi cum his faciam, qui ajunt licere Medicis impune occidere, quandoquidem in bonum virum, sic & Medicum, non cadit occidendi suspicio, nec mortalitatis eventus medico imputari debet, *l. 6. §. 7. ff. de officio Præsid.* Quippe, in cujus potestate non est semper, ut a morbo relevetur æger. Ac vero Medici homines sunt, ad quos quintum præceptum æque attinet, ac quidem ad alios quosvis, nec Medicorum chorus, quam gratiosus habeatur, fucos aut malos omnes arcere novit, quam etiam *HIPPOCRATES* in jurejurando, ut arceantur, respexerit, hinc cum perperam curantes & secantes dentur, quæritur: Si Medico (sub cujus voce Chirurgos includo) causa mortis imputetur, an inspectio locum habeat?

habeat? Affirmaverim, si dolose illud obtinuerit, nam sic pœna *L. Cornel. de Sicar.* locum sibi vindicat, ist als ein fürsetzlicher Mörder zu straffen; nec desunt inter JCtos, qui rotæ supplicium adjudicent. vid. *RHET. in Disp. de Medicis, cap. 2. §. 23.* ibique allegatos: &, quo de facto constet, cadaver ruminandum; quod si dolus abfuerit, & per imperitiam mors subsecuta, non nisi pœna extraordinaria, vi *Ord. C. C. Art. 136.* dictari potest; nec ergo inspectio in hunc finem necessaria.

PROPOSITIO II.

Inspectio vulneratorum post mortem insecutam non est necessaria, ubi ad vulneris qualitatem non attenditur.

FLuit hujus propositionis robur ex *Definit. I.* in qua allatum est, adornari a Judice inspectionem pro sui notitia de vulneris qualitate; ast vero, in quibus cædibus ad hanc non attenditur, an lethalis per se vel per accidens? sed solus eventus in considerationem venit, in istis inspectio legalis quoque non est necessaria. Ad delicta vero talia pertinent *duella, assassinium, latrocinia*, & his affinia.

Quod *Duella* attinet, ac quidem hoc vocabulum in sensu communi notat pugnam, qua duo ex condicto congrediuntur, ut alter alterum occidat, notorium est, ex constitutione Superiorum non hic attendi, si quis occumbat, lethalitatem vulneris, an per se talis vel per accidens? Sed sufficere ad pœnam ordinariam infligendam, ut in Duello vulneratus mortuus sit. Ita quippe *Imperator MATTHIAS* Anno 1617. statuit: Demnach und zu würcklicher Vollziehung obangedeuter heilsamen Statuten und Rechten, haben wir hiemit alle und jede Duella, Kämpff, und vorsetzlich-angestellte Balgereyen, jetzo und ins künfftige allerdings

eingestellet, inhibiret und verbohten, und stellen auch dieselben hiemit ein, bey Leib- und Lebens-Straffe, also und dergestalt, daß ausser der ordentlichen in Rechten erlaubten Nohtwehr und Nachstreich zur Defension, dazu einer in continenti euserst genöhtiget wird, sich nicht allein männiglichen alles Schwerd-Zückens und aller gewaffneten Hand-Anlegung, sondern auch, und noch vielmehr, aller Ausfoderung und Bestimmung der Duell und Balgens, auch der Ausgefoderte aller Erscheinung, die angesuchte Patroni und Beyständ aller Raht- und That-Handlungen Beywohnungen, und Beystandes gäntzlichen enthalten, und solches hiemit, auch jetzo, alsdann, und dann als jetzt, allen und jeden Personen, wie obgemeldt, gäntzlich untersaget und verboten seyn solle; alles bey unserer höchsten Ungnade, auch obangezogener Leib- und und Lebens-Straffe: Also daß der **Ubertreter** dieses unsers Verbohts **vom Leben zum Tode durch das Schwerdt** hingerichtet werden solle, darin keine Obrigkeit nach Gelegenheit der Sachen erfundenen Beschaffenheit einige Milderung, ausser unser ausdrücklichen Bewilligung fürnehmen, sondern gegen denselben, die sich unter ihrer untergebenen Jurisdiction solcher gestalt vergreiffen, **alsobald nach der Strenge** verfahren solle.

Cui conforme est conclusum Statuum Imperii in Comitiis Ratisbonensibus A. C. 1667.: Da es dann ferner nicht nur zum würcklichen Duell und Balgen, oder Kugel-Wechseln gekommen, sondern auch dadurch eine Entleibung erfolget, so solle alsdan die **ordentliche Straffe des Todtschlages** wider den Thäter oder Entleiber, ohne Unterscheid, ob derselbe gefodert, oder ausgefodert worden, er seye Beleydiger oder Beleydigte, ohne Respect der Personen, des Standes und der Freundschafft, erkennet, und **ohne Mittel** vollstreckt, denen Balgern, welche im Duell todt bleiben, kein Begräbniß in einer Kirchen, oder Freithoff verstattet werden.

His addo verba Edicti, Duella in his terris prohibentis, & Anno 1715. publicati, §. 20.: Dem Duellanten, so einen andern im Duell entleibet, soll **überdem**, so er einer von Adel, oder diesem

gleich

gleich ist, der Degen gebrochen, und er ohne alle Weitläufftigkeit wieder mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gebracht/ dessen Cörper aber solcher gestalt, wie im vorstehenden 19ten §. enthalten, begraben, und sowol seine, als des von ihm im Duell Entleibeten, unverschuldete Güter, es seye Lehn oder Allodial, zur Helffte confisciret; dem von geringerer Condition aber, erst die rechte Hand abgehauen, sodann derselbe gehäncket, und der Cörper am Galgen, bis er herunter fällt, gelassen, auch die Helffte seines Vermögens eingezogen werden.

Manet præterea pœna *assassinii*, i. e. quoties homicidium interventu pecuniæ committitur, argum. *Artic.* 130. rota, citra quod quæstio de lethalitate vulneris moveatur.

Idem de *latrocinio* affirmandum, quia per bina illa homicidia, quæ prævia animi consultatione, studio & data opera committuntur, securitati tam hominum quam viarum nimis insultatur, quam tamen sartam & tectam a Principibus servari debere, reipublicæ salus requirit, & *l.* 13. *ff. de offic. præsid.* mandat, ut *exceptionibus*, quas alia homicidia simplicia aliquando admittunt, *locus nullus hic sit.*

PROPOSITIO III.

Inspectio vulneratorum post mortem insecutam non est necessaria, quando animus occidendi ipso facto se prodidit, & effectus, i. e. occisio, mox insecutus.

RAtionem hujus Conclusionis in hac propositione nemo non videt, quia (*vi Axiom.* 9.) omnia concurrunt, quæ ad pœnam ordinariam inquisito dictitandam faciunt; nec ergo Judex necesse habet, ut se antea de qualitate vulneris mediante legali inspectione informet (conf. *Defin.* 1. & 5.)

Ac scilicet cum omnibus aliis rebus & eventibus comparatum est, ut nemo prudens dubitet causæ prægressæ hunc effectum

tribuere, qui illam, ut sibi proportionatus & solennis, pauco temporis intervallo excipit, ita pariter se res habet in negotio homicidii, ut præeunte animo doloso mortem intendente, accedente actu lethifero, subsequente morte, quivis sponte intelligat, lædentem esse insecutae mortis verum Autorem. Nemo, qui sacras Literas evolvit, dubitaverit, *Abelem* a *Caino*, *Abnerum* & *Absolonem* a *Joabo* fuisse occisos, quia tria modo memorata momenta in cædibus istis se arcte exceperunt; frustra ergo & hodie sub istiusmodi circumstantiis moventur quæstiones de lethalitate vulneris, & ad hanc intelligendam adornantur Inspectiones Legales. Non opus sane cultro anatomico, ubi rerum testimonia tam evidentia adsunt. Huc vergunt tot monita calida jurisperitorum de *imminuenda frequentia inspectionum legalium*, de *non attendendo ad relationes Medicorum*, quando non ex vulnere, sed ex symptomatis supervenientibus decessisse vulneratum velint, vel ex absentia Chirurgi aut defectu remediorum eum obiisse narrant. Verba *BLUMLACHERI in Comment. C. C. C. pag.* 302. hæc sunt. Wann einer auf empfangener Schüß, Stoß, Wunden, oder Streich gleich zu Boden fället, seiner Red und anderer Sinnligkeit beraubt wird, gleich, oder doch in kürtze darauf stirbet, und sich weiter nicht mehr erholet, so kan von einem solchen Entleibten kein Zweifel seyn, daß er nicht an den Wunden oder empfangenen Schäden verstorben; dahero in solchem Fall gegen den Thäter mit der Lebens-Straff wohl verfahren werden könte / es wäre darnach die Obrigkeitliche Besichtigung vorgangen oder nicht. Nec minus *BRUNNEMANNUS Process. Inquisit. c.* 7. *n.* 20. valde miratur, quod sint, qui, si vulneratus ex vulnere continue expiret, desiderent vulneris inspectionem. Hunc sequitur *STRYK. in tract. de Jur. sens. dissert.* 1. *c.* 3. *num.* 23. 24. 25., quando negat ordinariam pœnam remittendam, si quis vulneratus telo lethifero incontinenti decesserit, & cadaver non inspe- spectum fuerit, & addit, aliquoties in FCtate Juridica Viadrina pœnam ordinariam dictatam fuisse, licet inspectio omissa fuerit.

rit. Imo *Constitutio Criminalis* Art. 147. quando inspectiones institui jubet, maxime sollicita est, ut hæ fiant decedente post aliquot dies vulnerato, quo constet, qualem se ab accepto vulnere gesserit, & annon aliunde mortem sibi conciliarit? de inspectionibus autem si percussus mox obierit, altum illic silentium, ut abhinc de jure judex quoque silere possit, i. e. inspectionem talius vulnerati & demortui intermittere. E contrario haud desunt e numero Juris Consultorum authoritate & eruditione æque fulgidorum, qui contrarium tuentur & acriter defendunt, omissa inspectione inquisitum pœna ordinaria non plectendum esse, quod de vulneris qualitate & lethalitate non nisi conjecturæ superstint, & præsumtionibus, ubi de vita hominis agitur, nullus locus; Ex quo axiomate, cum & frivolis & dolosis homicidis janua aperiatur merito supplicio elabendi, ego inducor, ut credam, celeberrimos in præfatione citatos *Professores* commotos esse, ut fervidius sueto de inspectionibus legalibus senserint, justumve dolorem suum in negotio tam gravi, in quo de sanguine humano ulciscendo agitur, speciminibus memoratis testatum fecerint. Sed itidem habeo ut repetam, hanc homicidis faventem sententiam ortum debere falso huic præjudicio, ac si pœna homicidii mere dependeat a qualitate vulneris per se aut per accidens lethali, hinc vel ordinaria vel extraordinaria dictitanda pro modo relationis Medici inspicientis, & judicio Facultatum Medicarum; cum tamen, si in alio quodam delicto, certe in hoc *animus vulnerantis* cum *effectu vulneraticnis* sit combinandus, & abhinc sententia demum de pœnæ qualitate ferenda, conf. pag. 29. sq. Nec tamen, quæ hactenus attuli de minus necessaria inspectione sub concursu *trium* circumstantiarum in homicidio, eo velim extendi, ut judicem omnino arceant, quin inspectionem sub præsentia illarum jubeat fieri. Poterunt sibi esse rationes eædemque non leves, ut superflua nec hic nocere æquum judicet, si vel saltem recepta inspiciendi *consuetudo*, & abhinc, quæ objici de minus rite peracto suo officio elidendi & famam tuendi *amor* illum compellant.

PRO-

PROPOSITIO IV.

Inſpectio vulneratorum poſt mortem inſecutam eſt neceſſaria, ſi quando Judex de pœna ordinaria vel extraordinaria inquiſito dictitanda ſubdubitat, vel ſubdubitandi cauſam metuit.

Explicatio.

QVia tenore *Definit.* 1. inſpectio Legalis pertinet ad media, quae judex adhibere poteſt, ut fiat certus de pœna homicidii definienda, & vero ſibi (vi *Axiom.* 4.) incumbit, qvævis media ad certitudinem hanc facientia, & inprimis ocularem inſpectionem in ſubſidium vocare, nam (vi *Ax.* 3.) de certitudine delicti puniendi debet eſſe convictus, neceſſitas inſpectionis, quoties Judex de pœna ſubdubitat, vel ſubdubitandi cauſam metuit, cuivis per ſe patet.

Non negaverim ſub inquiſitionis proceſſu demum, quæ de dubio judicis ratione pœnæ infligendæ attuli, ſeſe magis magisque exſerere, nec ſemper ſtatim ab ictu patrato pateſcere, num homicidium commiſſum doloſum vel culpoſum habendum, ut abhinc inſpectio eousque differri deberet, donec de ſua neceſſitate tanquam medio ad certitudinem pœnæ pertinente conſtaret; aſt periculum, quod mora hic affert, nimis patens eſt, dum cadavera vulnerator um terminorum illum non exſpectant, quin putreſcendo irritum redderent hoc remedium, & omnem inquiſitionis proceſſum turbarent, ut ſtatim ſub initio proceſſus inquiſitorii criminalis in ſubſidium inſpectio iſthæc vocanda. De *tempore* hujus inſpectionis jamdum in præcedentibus monui, quod antevertere debeat putredinem colliquativam, quæ inſpectores, etſi Argi eſſent, illudit, & confundit magis quam inſtruit; haud tamen nullitatis ſtatim accuſanda, ſi vel ultra ſeptem horas, quod vult *FELTMANN tract. de cadaver. Inſpect. cap.* 52. §. 1. protrahatur,

nam

nam ad Judicem non semper prompta de cæde relatio fit, & quamvis fiat, non statim Medicus & Chirurgus ad manus sunt, qui ad hunc actum requiruntur; vel in *die dominica* adornetur, quia est opus charitatis, quod in die Sabbathi Magistratui Christiano quoque licet, Luc. 14. v. 5. Ast quod Judex, si quando omnibus requisitis huc facientibus instructus distulerit illam, ut Inspectores loco desideratæ relationis de qualitate vulneris se propter summum fœtorem partem vulneratam lustrare haud potuisse referant, conf. VALENT. *Pandect. Medic. Legal. P. 2. Sect. 1. pag. 29.*, abhinc Defensor inquisiti argumentum capiat pœnam ordinariam declinandi, in Jus rapi & puniri possit, penes conscientiosos arbitros nullum dubium erit.

PROPOSITIO V.

Inspectio vulneratorum post mortem insecutam est necessaria, etiamsi plagam mors repentina exceperit.

Explicatio.

QVia (*vi Axiom. 8.*) in homicidii delicto non solus eventus sufficit ad pœnam ordinariam infligendam, & (*vi Observat. 2.*) minus fide ex tempore, quo vulneratus moritur, de qualitate vulneris judicatur, est inspectio vulneratorum post mortem insecutam necessaria, etiamsi mors repentina plagam exceperit.

Jamdum attuli rationes, quas proferre hi solent, qui ex morte repentina vulneratorum ad lethalitatem concludunt; ut sufficere jam possit, si repetam, omnia illa argumenta ultra τὸ præsumendum, vel clarius, ultra conjecturas nil probare, cum tamen in delicto tanti momenti, ac de quo jam loquor, conjecturis niti, esset niti arundine tenera, quæ casum magis accelerat, quam arcet. Nec tamen affirmaverim, quod pace Medicorum dictum esto, horum argumenta, quando celeritatem mortis a percussione pro lethalitate inferenda haud facere sustinent, ultra conjecturas progredi, v. g. *dispositionis morbosæ vulnerati*, aut *morbi latentis*, *terminum ultimum seu lethalem cum percussionis momento coincidere*,

cidere, aut paulo post contingere posse; morbum chronicum fortean redditum esse sæviorem; ulcus internum casu ruptum &c. conf. BOHN. *de renunciat. vulner. p. m.* 140. *& seq.* Sub ancipiti proinde casu vitam hominis concernente, expedit non modo, sed necessitatis est, ocularem inspectionem in subsidium vocare, & ab hac certi quid de pœna decernere. Ex præsumtionibus siquidem nemo ordinaria delicti pœna afficiendus, L. fin. C. de probat. C. C. C. Art. 22. CARPZ. Pr. Cr. P. 1. Quæst. 15. n. 49. GAIL. Lib. 2. Obs. 111. n. 10.

PROPOSITIO VI.

Inspectio vulneratorum post mortem insecutam necessaria, etiamsi mors à vulneratione tarde sit insecuta.

Explicatio.

QVia ex tempore, quo vulneratus moritur minus fide de qualitate vulneris judicatur (*vi Observ.* 2.) nec nisi inspectio a morte accesserit, vulnera inflicta renunciari possunt lethalia, aut minus lethalia (*vi Observ.* 1.) Hinc necessaria inspectio, licet mors a vulneratione tarde fuerit insecuta.

Eodem probationes nituntur fundamento, quando ex tardâ morte vulnerati infertur, vulnus non lethale esse, quo in præcedenti propositione retuli, niti rationes a celeri morte ad lethalitatem concludentes, i. e. conjecturis: sive audias Jurisperitos, sive Medicorum anteſignanos consulas. Penes vulgum quidem sufficerent, ut absolveretur inquisitus a pœna ordinaria, utpote qui opinionem magis quam veritatem spectat, ut valeat de hoc, quoad præsens thema, quod in genere Cicero monuit, in *vulgo non est consilium, non ratio, non discrimen, non diligentia*: sed Judicis est, non obiter animum applicare, cum de vita hominis vel salvanda vel tollenda agitur, sed cuncta rimari & plena inquisitione discutere singula, cum error correctionem non admittat.

PROPO-

PROPOSITIO VII.

Inspectio vulneratorum post mortem insecutam est necessaria, etiamsi delinquens aufugerit.

Explicatio.

QVia (*vi Axiom.* 1.) Reipublicæ interest ne delicta maneant impunita, hinc delinquens aufugiendo pœnam ex delicto homicidii sibi debitam non tollit, vel abolere valet; quin hæc ipsi, quando corripitur, maneat; ac vero omissa in tempore inspectione vulnerati, qualis nunc pronuntianda sit, non distincte pateat (*vi Defin.* 1. & *Observ.* 1.) necessitatis absolutæ est, inspectionem fieri, etiamsi delinquens aufugerit.

Evidentiæ tantæ est hæc propositio, ut ab illa illustranda merito abstineam. Præter enim quod in praxi hodie passim ita obtineat, ut Magistratus loci cadaver vulnerati nemine postulante nulloque accusante, adsit Delinquens vel aufugerit, diligenter inspicere, & de qualitate vulneris referri curet: respicit inspectio adornanda delinquentis jura, ac defensionem, quæ Judici æque cordi sint, utpote ad quem pertinet tam nocentem punire, quam innocentem absolvere.

PROPOSITIO VIII.

Inspectio vulneratorum post mortem insecutam est necessaria in homicidio a pluribus commisso.

Explicatio.

QUia in homicidio a pluribus commisso maxime interest Judici, Autorem caedis nosse, ut huic, non innocenti pœnam mortis inferat (*vi Axiom.* 1. 2. 3.) ac vero ad notitiam hanc admodum confert inspectio vulnerati (*vi Defin.* 1.) est ut hanc tanquam medium necessarium adornet, in homicidio a pluribus commisso.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335272/phys_0073
DFG

Qvam sit res magni ponderis, quæ conscientiam non leviter tangat, de morte hominis vulnerantis sententiam ferre, omnes paginæ præcedentes habent. Longe tamen difficilior eadem, si plures aliquem vulneraverint, ut vel ex uno vel ex pluribus vulneribus mors subsecuta sit. Materiam hanc, præeunte *PLACA l.* 1. *Delict. c.* 12. mare vocat PETRUS MULLERUS, in quo nemini adhuc sine periculo navigare contigerit, vid. h. *Disput. de homicid. a pluribus commisso*, habita *Jenae Anno* 1690. *pag.* 17. Anchoram hinc dixerim esse, vel, si mavis pixidem nauticam inspectionem legalem, utpote quæ ex comparatione armorum cum qualitate vulneris, & quantitate instituenda, viam monstrat homicidam ex numero vulnerantium detegere. Fac reperiri in via publica recenter mortuum, punctim & cæsim vulneratum, inspectionem adhibitam docere a vulnere punctim illato mortem inductam, reliquas læsiones musculos tantum feriisse, non difficile amplius Judici videbitur, huic ex inquisitis pœnam ordinariam dictitare, qui ense acuto incesserit, reliquis vero arbitrariam pœnam imponere. MENOCH. *A. J. Q. L.* 2. *Cent.* 4. *cas.* 362. *num.* 8. Porro, quando CARPZ. *P.* 1. *Qu.* 25. *num.* 27. calculum adjicit BALDO, SALYCETO, BERLICHIO, MENOCH. affirmantibus, si plures simul aliquot vulnera lethalia intulerint, hunc pro homicida habendum, qui primum ictum lethalem intulerit, quod semel tantum mori defunctus potuerit, cœteri tanquam cadaver vulneraverint, inspectio in hoc frangente iterum succurrit, & ex habita comparatione vulnerum istorum citiori vel tardiori sanguinis effluxu, privatione celeriori vel tardiroi actionum vitalium, judicem ad notitiam primi occidentis manu ducit. Non minus ab inspectione dependet, quod æquitas locum habeat si plures unum vulneraverint, ubi nullius quidem vulnus per se spectatum lethale sit, omnia tamen vulnera simul sumta mortem vulnerato intulerint, vel extraordinaria pœna statuatur, conf. MULLER. *cit. loc. pag.* 25. BEIER. *ad C. C. C. Art.* 150. *num.* 21. *seqq.* BERGERI *Electa Iprd. criminalis p. m.* 108.

Mitto

Mitto quæ ratione magnitudinis vulneris cum amplitudine teli lethiferi, aliarumque huc facientium circumstantiarum pro necessitate inspectionis sub homicidio a pluribus perpetrato allegari possent. Conf. rerum criminalium Scriptores passim.

PROPOSITIO IX.

Inspectio vulneratorum post mortem insecutam est necessaria, etiam si instrumentum ad cædem inferendam fuerit aptum.

Explicatio.

QUia ex notitia Instrumenti ad cædem inferendam apti aliquando se nondum satis informare potest Judex de certitudine delicti puniendi, sive homicidii, & vero de certitudine illius debet ante esse convictus, quam illud punire possit (vi *Axiom.* 2. & 3.) ac informare se magis potest, imo etiam vi conscientiæ tenetur, adornando inspectionem (vi *Definit.* 1.) hinc necessaria inspectio est, licet instrumentum ad cædem perpetrandam fuerit aptum.

Non citra sonticas causas hi, qui considerant, quæ requiratur diligentia & peritia in hoc, qui de hominis vita & sanguine judicare debet, suadere solent, ut attendat Judex ad qualitatem armorum, quibus vulneratio facta. Habentur talia: *Gladius, pugio, malleus, culter, securis, palus, flagellum frumentarium, pedum, baculus grandior, bombarda major & minor*, quibus *pugnus, pedis calcitratus, submersio in aquis* adduntur, de quibus *BERGERUS in Electis Jurisprudentiæ Criminal. cap.* 2. *membr.* 3. *pag.* 92. *seqq.* fuse agit, & quod talia sint, textibus passim probat. cont. *JOH. CHRIST. FRÖLICH. Comment. ad C. C. C. Lib.* 2. *tit.* 1. *pag. m.* 32. Sed non sufficere catalogum illum facit furor, qui arma longe alia aliquando ministrat. Hinc acta Judicialia probant, homicidia fuisse patrata *candelabro ligneo, scutica*, einer

Fuhrmanns-Peitsche, *ureeo vel stanneo vel fictili, rhombo, cultello*, &c. ut non tantummodo ad qualitatem armorum, sed insimul ad vulnerantis robur, vulneratæ partis conditionem, ictuum reiterationem attendendum sit. Longe magis ferit scuticæ manubrium ligneum, caput in genua procumbentis, quam stantis; vibratum brachio rustici viri, quam pueri; sæpius vibratum, quam semel. De *manu in pugnum* convoluto, præeunte *Carpz.* omnes consentiunt, quod lethalem ictum, si tempora feriat inferre potis sit, non item si *palmata manu* alapa infligatur, *MENOCH. de præsumt. L. 51. præsum. 40. n. 19.* Ast & palmata manu homicidium patrari posse, non ego omnino negaverim, qui pronuper observavi herum famulo suo colaphum impegisse, ut hic in terram prostratus vix ad se redire potuerit; pollebat vero robore manus dextræ. Sed & manū altam ad arma lethalia pertinere, da man mit der aufrechten Hand schläget, ante aliquot annos homicidium Gustrovii commissum docuit, da einer im Zorn den andern in den Nacken geschlagen, wie man einen Hasen tödtet, & pœnam ordinariam gladii passus est. Iterum ergo iterumque, quod non adeo ad arma, quam ad animum in pœna homicidii attendendum sit, nec ex hoc, quod Medici vulnus per se lethale dicant, pœnam ordinariam dictitandam esse, clare patet, & notandum est.

PROPOSITIO X.

Inspectio vulneratorum post mortem insecutam est aliquando necessaria ad animum vulnerantis intelligendum.

Explicatio.

QUia judicis est, de omnibus se informare, quæ ad animum vulnerantis intelligendum facere possunt, quo de pœna tutò decernat, ac vero ad informationem de animo vulnerantis in tantum quoque facit inspectio (vi *Defin.* 1.) hinc illa ad animum vulnerantis intelligendum aliquando necessaria.

Nemo

Nemo me habebit pro tam facili, ut velim inſpectioni oculari hoc eminentiæ dare, quaſi animum vulnerantis doceret, & de hoc ſimpliciter Judicem informaret. Impugnavi potius hoc non ab omnibus parili ſtudio rejectum axioma, & paſſim in præcedentibus monui, quas fallacias cauſæ in præjudicium veritatis admodum graves pariat, ſi ab eventu pœna decernatur, quem inſpectio legalis demonſtret. Longe alios fontes animum vulnerantis eruendi præter hunc habet Judex, qui ergo ſibi cordi ſint. Nec tamen omnino ex numero mediorum exulet eadem, quæ de animo vulnerantis teſtari valeat. Conſentiunt omnes rerum criminalium ſcriptores, ſatis grave argumentum pro animo vel occidendi, vel lædendi eſſe, ſi quando ictuum facta fuerit reiteratio, ſed de reiteratione hac Judicem informat Inſpectio; item, quando *CARPZOVIUS Prax. Criminal. P. 1. qu. 3.* animum doloſum ex plagis inflictis colligendum eſſe docet, da einer den Dritten mit Fäuſten dergeſtalt handelt, daß er ihn gleichſam mürbe machet, und das Fleiſch von den Beinen herabſchlagen will, quali mortis genere periit famoſus Relationum Parnaſſi ſcriptor *BOCCALINI*, dum ſacculis linteis, arena refertis, ad mortem usque vapulavit, & huic plagoſo pœnam ordinariam homicidii, i. e. gladii competere addit, denuo ad inſpectionem reſpicit tanquam medium adæquatum, quod Judicem de animo vulnerantis informet.

Non poſſum, quin pro evincenda propoſitionis hujus veritate referam ſingularem caſum homicidii, qui ab aliquo tempore in vicina ſatisve opulenta urbe contigit, quando nocturno tempore vigilum quidam lethaliter vulneratus fuit gladio Locumtenentis, a vigilibus circumdati, & in terram proſtrati. Vulnus abdomen perforaverat, ſed an ſtando ab inquiſito inflictum, quod præſumebant vigiles, an ab hoc in terram jam proſtrato, quod referebat inquiſitus, addens ſe gladium erectum ſuſtinuiſſe, in quem vigil ſponte ceciderit, & ſe ipſum vulneraverit, hinc an inquiſitus animum habuerit,

ſaltem

saltem lædendi, an vero moderamine inculpatæ tutelæ usus fuerit, nimis quam obscurum. Optimum hinc & ultimum consilium, quod Amplissima Facultas Juridica in hac Alma capere potuit, ad quam integra acta pro pœna decernenda missa erant, hoc fuit, quod Facultatem Medicam adierit, huic documentum inspectionis in vigile mortuo susceptæ communicaverit, & se informare de plagæ inflictæ tractu desideraverit. Hæc observans vias, vulneratum a gladio inquisiti sua culpa perfossum esse testata est, ex quo inquisitus non nisi arbitrariam pœnam tulit.

Fuit autem Responsum Facultatis Medicæ sequentis tenoris:

DEmnach ab Amplissima Facultate Juridica hiesiger Universität, Acta inquisitionalia in puncto Homicidii, des in N. N. entleibten C. B. uns zugesandt, und specialiter über diese ihre beygefügte Frage, ob nemlich ex fundamentis Artis Medicæ & Anatomiæ zu schliessen, daß der Stich von unten hinauf, oder aber von oben hernieder, oder gleichaus gegangen sey? unser Judicium Medicum verlanget wird; Als geben Decanus, Senior, und sämtliche Professores der Medicinischen Facultät auf der Universität zu Rostock nach fleißiger Betrachtung aller à Dnis Dd. Physico, Sub-Physico und Chirurgis in der Besichtigung verwundet gefundenen Theilen, und wie dieselbe in corpore humano situiret, diesen in Anatomia und Arte Medica gegründeten Bescheid. Weilen der Stich drey Finger breit unter dem Nabel nach der lincken Seite in cavitate abdominis gegangen, daselbsten das intestinum jejunum durchbohret, und weiter unten das intestinum Ileum durch das Mesenterium sich erstrecket, und daselbsten einen ramum venæ portæ abgestochen. Solche Theile aber nicht in gleicher Linie unter dem Nabel, sondern intestinum jejunum umb und über dem Nabel, der ramus venæ portæ, mesentericus alias dictus, aber wol 3. oder 4. Finger breit nach dem Rücken zu, über dem Nabel, und also weit höher denn äusserlich die Wunde zu spüren; die Wunde auch an sich selbsten nicht mehr denn einen Eingang in den Cörper gehabt. Diesemnach ist sicherlich zu schliessen,

schliessen, daß dieser Stich an des Entleibten B. Cörper nicht gleichaus, viel weniger von oben hernieder, sondern einzig und allein von unten, schrem hinauf gegangen sey: Und wird solches mit dem Attestato Dnorum Physicorum N. N. als welche die Wunde nach allen Umständen selbst besichtiget, soviel mehr confirmiret. Welches Amplissimæ Facultati Juridicæ hieselbst unter unserm gewöhnlichen Facultät-Insiegel hiemit urkündlich hinterbringen wollen. Rostock, den 14 Aug. Anno 1700.

PROPOSITIO XI.

Inspectio vulneratorum post mortem insecutam est necessaria, licet forsan Medici sub relatione de qualitate vulneris dissensuri sint.

Explicatio.

QUia Judex sub delicto homicidii se habet de qualitate delicti informandum (vi *Axiom.* 2. 3.) quo de pœna statuere possit, ad quam informationem inspectio cadaveris pertinet, (vi *Definit.* 1.) & vero ante inspectionem de dissensu Medicorum, an futurus sit, an non? sibi nondum constat, hinc est, quod inspectio necessaria, licet forsan Medici sub relatione de qualitate vulneris dissensuri sint.

Non minimum *argumentum* est pro elidendis inspectionibus, quod desumitur ex Medicinæ incertitudine, hinc dubia renunciatione Medicorum, ita, ut hæc Judicem de pœna statuenda magis confundat, quam instruat: rectius ergo inspectio isthæc legalis rideatur, omittatur, aboleatur, quam adornetur. Verum enim vero, si omnia probe in illo considerem, habeo, ut asseram, *speciosum* esse, non *apodicticum*. Fragilitatis mentis humanæ, aut si mavis, præcipitantiæ hujus dandum, dum rerum omnium nexus aut indagare tædio est, aut nosse ultra sphæram ingenii hominum, tum quoque *ambitio, philautia studium contradicendi, cæca in Præceptorem obedientia & autoritas*, &c. se undiquaque immisçent, & quicquid veritatis radii collustrant,

krant, nebulis ignorantiæ vel invidiæ obducunt, quod passim observentur, inter prudentiores quoque, opiniones diversæ, & scientiis præter omne suum meritum labes affricetur, in ludibrium non raro degenerans, quæ suis cultoribus aut indoctis, aut cum ratione insanientibus tribuenda. Non quidem hoc mihi sumo, ut velim Medicorum filios, quando dissentiunt, abhinc semper excusandos esse, quasi ex indole doctrinæ suæ profundissimæ, ex Democriti puteo in dies magis magisque protrahendæ, hinc ex insscitia impingant, sibique contrarii sint, obstat quippe testis domesticus sæpius laudatus BOHN. *l. c. cap.* 109. *Quidam*, inquit, *ex Medicorum classe prodeunt, qui neminem quemquam se meliorem arbitrantur i. e. sibi arroganter plus quam par est, fidunt, & cunctis casibus arduis se sufficere sibi præsumunt, aliorum etiam consilia (judicia) contentiose reprobant, nulla alia intentione, quam ut hos supplantent, & per horum depressionem ac contemptum sapientiores æstimentur;* Ast, abhinc, quod illos inter non semper conveniat, quando Judex sententiam requirit, argumentari velle ad contemnendam omnem opem, quam Medicina ad desideria Legum ferre potis est, mihi quidem non magis salutare consilium videtur, nec magis æquum, quam *Licurgi*, qui vites jussit incidi, quod sint, qui vino inebrientur. Quam non de *Disciplinæ Juris incertitudine, de legibus sibi contrariis, de variis motibus in Judice*, passim querelæ non leves audiuntur! Die Urtheln müsse man als aus einem Glücks-Topff erwarten. In ipsis sententiis, sunt verba BAIERI *ad tit. de Re judic. p.* 518., quantumvis omnem circumspectionem prout officii ratio exigit, Referentes adhibeant, tamen aliquando quid negligitur, & error obrepit: it. CARPZ. sententias inter casus fortuitos refert *P.* 1. *Const.* 26. *Def.* 21., citra quod ad Jus scriptum conculcandum, ad Leges abrogandas, ad Judicem non magis consulendum quis inde vellet inferre, & ex insufficientia omniscientiæ in hominibus ad scientiarum vanitatem concludere. Accedit, non omnem causam dissensus Medicorum penes hos quærendam esse, sed tribuendam aliquando

quando his, qui in foro versantur, litibusque teruntur, & quod PLINIUS de se fateri non erubescit, *L. 2. Epistol. 3. multum malitiæ, quamvis nolint, addiscunt*; aut, ut verba celeberr. WERNHER. ex program. Disput. inaugural. *de Medico ex voluntate ægri perperam curante* referam: *Improbo meritoque damnando consilio Advocati, quando in capitis aut aliud grave periculum adductos defendunt, abutuntur dissensu Medicorum, sub quo benigniorem sententiam, quæ reo favet, præferri in vulgus notum est.* Iisdem fere verbis *BOHN. l. c. pag. 536.* conqueritur, *a Defensoribus Homicidarum urgeri aliquando quæstiones, quo dubium reddatur homicidium, hinc in re dubia mitiorem sententiam amplectatur judex, & pœna ordinaria in arbitrariam mutetur.* Quo loco *technas* tales, talemque *proterviam* pluribus exemplis declaravit. Sed ut ad propositionem redeam, non sufficientem Judici esse rationem de spernenda Inspectione, quod Medici forsan dissensuri sint in testimonio de lethalitate, abhinc in propatulo est, quia æque fieri potest, ut Medici de eadem consensuri sint. Prudenter monet nunquam satis laudatus BOHN. causas, de quibus renunciationes Medicorum desiderantur, esse vel mere *sensuales*, vulnera, contusiones, fracturas, vel *conjecturales*, quæ sola ratione dirimantur; vel *sensuales & conjecturales simul*, ita ut modo sensus separatim & ratio agant, modo concurrant, vid. *de offic. Med. p. 575. seqq.* Sed simul omnibus insinuat, si qvoad *conjecturales* in diversum abeant Medici, qvoad *sensuales* tamen, vel *sensuales & conjecturales simul* dissensum fore rariorem; exulet modo contradicendi prurigo.

PROPOSITIO XII.

Inspectio vulneratorum post mortem insecutam est necessaria, quia *Jus Naturæ, Jus divinum, & Jus civile* non modo in illam consentiunt, sed illam jubent, ut a Magistratu adornetur.

Explicatio.

QVia Magistratus, delato adse rumore de commisso a subdito quodam delicto, vigore Juris naturæ, Juris divini & Juris civilis tenetur se informare de omnibus circumstantiis ad delicti certitudinem & qualitatem facientibus (vi *Axiom.* 1. & 2.) quo sententiam certam & justam ferat; imprimis quando delictum pro sua qualitate aut ordinariam aut extraordinariam pœnam post se trahit (*vi Axiom.* 5.) id quod de homicidio quoque valet (vi *Axiom.* 6.) & vero ad hanc informationem inspectio legalis & ocularis præ aliis mediis ad certitudinem facientibus pertinet (vi *Axiom.* 3.) est quod *Jus Naturæ*, *jus divinum* & *Jus civile* non modo consentiant in inspectionem, sed etiam jubeant, ut hæc a Magistratu adornetur.

Quod si adversæ sententiæ Patronos Rhetores magis agere, quam Logicos dixerim, quando ad ignorantiam *Juris naturæ*, *juris divini* & *juris civilis* de inspectione cadaverum a vulneratione adornanda provocant, & abhinc argumentum pro eadem à Republica eliminanda petunt, non speraverim me veritati prævaricari. Perinde quippe stringit subditum & hunc obligat, sive Lex aut jus quoddam explicite & disertis verbis hoc faciendum illudve omittendum esse præcipiat, sive implicite jubeat, aut prohibeat, quæ sub tali lege citra omnem exceptionem comprehenduntur. Prohibet sane *quintum præceptum* omnem cædem *veneno*, *lapide*, *gladio*, *baculo*, vel alio instrumento lethali inferendam, etiamsi viritim hæc homicidiorum genera apertis verbis non interdixerit. Jubet *Jus Naturæ* alteri hæc officiorum genera liberali animo exhibere, quæ quivis velit, ut sibi ab altero exhibeantur, quamvis officiorum illorum catalogum nuspiam reperire liceat. Pariter *Jus civile*, dum vetat injuriam cuidam inferendam, omnes injurias arcet, licet has ad amussim non recensuerit. Quoad statuta & Leges, generale mandatum omnium consensu sufficit, & constringit ad obedientiam in omnibus his actionibus præstandam,

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335272/phys_0082
DFG

ſtandam, ad quas illud a quovis & ſtupido extendi & applicari poteſt. Parili modo ſe res habet cum mandato inſpectionis vulnerum a morte inſecuta. In aprico eſt, totum illum actum legalem inſpectionis, quem C. C. C. tradit, nec jus naturæ apertis verbis præcipere, nec illum in jure divino, aut civili claris verbis reperiri: aſt modo attenderimus quod non ſolum Jus naturæ & divinum, ſed & civile jubeant ut Magiſtratus non prius damnet, quam univerſa cognoverit, non celer ſit ad aliquid gravius de inquiſito ſine manifeſtiſſimis ac minime dubiis indiciis ſtatuendum, eo ipſo jubent & ſerio inculcant, ut, quam poteſt indagationem commiſſo quodam crimine & ad ſe delato inſtituat, nec ſe tædeat omnia media in negotio tali conſuluiſſe, in quo error correctionem non admittit; inter quæ media, quod ſpeciatim homicidium attinet, ocularis inſpectio omni Jure pertinet. Sed placet altius deſcendere, & ſigillatim probare quod inſpectionis legalis neceſſitas, de qua hic ſermo, in quovis memoratorum Jurium ſit fundata & a quovis illorum commendetur. Cum *Jus Naturæ* ſcriptum non ſit, ſed hujus regulæ cordibus hominum inplantatæ, ſufficiat unam harum allegaſſe, qvæ vult: *ne quis ad pœnam rapiatur, niſi evidentiſſime & peractis probationibus ſole meridiano clarioribus delicti ſit convictus per circumſtantias in ipſo facto ita repertas.* Hæc regula denuo fundata eſt in hoc rectæ rationis axiomate: *quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Nemo autem tantus propriæ ſalutis hoſtis eſt, quin, ex crimine captivus, velit, ut Judex probe circumſpiciat, quæ in ſui defenſionem vergere poſſint, hinc media undique adhibeat, quæ huc vergant, per conſequens ocularem inſpectionem adhiberi curet, ſi ab hac eadem in tantum dependeat, quo de delicti certitudine citra hæſitationem conſtet. Prudenter notat JOH. LAURENT. FLEISCHER *in Inſtitut. J. N. & Gent. p. 549.* exigere regulas juſti, quod nemo niſi confeſſus & convictus puniri debeat, & quod indicia, uti vocantur, non ſint ſufficientia ad aliquem condemnandum, ſed ad inquiſitionem

saltem instituendam. Æque ergo ac Magistratus ex regulis justi obligatus est ad puniendos delinquentes, vi pacti cum subditis initi, quod salutem Reipublicæ pro fundamento habet: est quoque ex iisdem regulis constrictus, ut ante se informet de qualitate delicti, quo æquas & adæquatas pœnas dictitet. Nec obstare potest, quod regulæ hæ jamdum invaluerint, & observatæ a prudentioribus fuerint in pœnis homicidii, quando de inspectione cadaveris altum silentium, quod ut medium veritatis delicti commissi esset in subsidium vocandum; quia nec pœnas homicidii, quales esse debeant, jus naturæ unquam determinavit, quin olim pro Imperantis, respicientis salutem societatis, arbitrio, nunc mitiores, nunc graviores inflictæ sint, hinc nec tanta sedulitate in vulneris qualitatem fuerit inquisitum. Ast quando Gentes moratiores consenserunt occisorem dolosum extremo supplicio afficiendum esse, simul jusserunt, probationes fidas de homicidio doloso præcedere debere, ne innocens capite plectatur, &, quod summum Jus videretur, omissa inquisitione fideli, in summam injuriam fatiscat. Quod, si ex temporum injuria, vel rectius, ex infantia Chirurgiæ nondum ad culmen, ad quod jam ascendit, provectæ, inspectionibus legalibus locus non fuit, vel fides habita, tantum abest, ut in præjudicium inspectionum allegari possit, ut magis doleamus homicidas illorum temporum, quos inspectionis habita ratio a supplicio liberare potuisset; nobis vero gratulemur de hoc medio in delicti qualitatem inquirendi, quod justitiæ & conscientiæ non parum consulit. Pergo ad *Jus divinum*, nec possum, quin repetam respectu hujus, idem, quod modo attuli esse fundamentum, i. e. fluere necessitatem inspectionis vulneratorum morte insecuta, ex debito amore veritatis & justitiæ, quem sacræ Pandectæ passim insinuant. Equidem observo, eandem a nonnullis peti ex verbis *Exod.* 21. *v.* 12. utpote, quæ jubent, tunc vulnerantem pœna capitali plectendum, si *inde* vulneratus mortuus fuerit, ita, ut particula *inde* involvat, cessare Legis

gis divinæ sanctionem, si non ex vulnere lethali obierit, de quo inspectio testimonium ferat; sed strinxit in hos calamum *Illustr. STRYK.* & acriter negat, vocem *inde* reperiri in textu ebræo, magis sensum divinæ legis simpliciter exprimere, *qui percusserit hominem, ut moriatur, morte iterum plectendus sit*, quam controversiam jam non faciam meam. Vid. *STRYK. in progr. allegat. GEORG. EMMERICH* in *Dissert. de Connub. Astreæ & Apollin. pag.* 8. Robur necessitatis pro inspectione adornanda citra omnem exceptionem verborumque ambages collocandum est in lege divina, quae non modo passim monet, ne inultus maneat sanguis temerarie effusus, & Magistratui inculcat, ut vindex sit, sanguinis præsertim temere effusi: sed satis graviter quemvis, cui judicium a DEO commissum est, hortatur, ne temere, præcipitanter, vel superficiarie sententiam ferat, ne quidem in civilibus, multo minus in criminalibus. Confer. *Deut. I. v.* 16. 17. *Johan. VII. v.* 24. Fert vero temere & præcipitanter sententiam, qui vel unum medium negligit, aut non in subsidium vocat, quod adhibere & in subsidium vocare valet, quo se de facti specie informet. Generalis illa Lex divina ad omnes actus legales se extendit, ne unico quidem excepto, in quibus informatione ulteriori Judex eget, & se extendit ad delicta homicidii & commendat informationem de hujus veritate acquirendam. Hanc ergo frivole omittere, est frivole impingere in legem illam sacram. Fateor, quod urget prælaudatus STRYKIUS l. c. DEUM nunquam cadaveris inspectionem desideraſſe; ast jam in præcedentibus exposui, quod sufficiat subdito generale mandatum ad obedientiam quoad omnes speciales casus hoc inclusos præstandam. Suadent sacræ Pandectæ, imo jubent Medicos consulere, quando ægrotant, sed nullibi fit mentio, ut a Medicis petant & capiant *vomitoria, sudorifera, cordialia*; Jubent eædem homicidam dolosum vita privare, sed nullibi fit mentio modi vel instrumenti, quocum hæc sententia in actum deducenda; ut verum maneat, quod a silentio Juris divini, quoad quasvis

circum-

circumstantias necessario huc spectantes, ad nullitatem harundem argumentari, nec liceat, nec æquitati consonum sit. Quibus mens est, ex institutione divina asylorum rationes pro inspectione conquirere, adeant NICOLAI MYLERI ab Ehrenbach *tract. de Jure Asylor. pag.* 4. Quid tandem fiet de necessitate inspectionis vulneratorum quoad *Jus civile*? Non audeo provocare ad hæc loca, quæ distinguendum esse monent inter vulnus mortiferum vel non mortiferum, *L.* 11. *§.* 3. *L.* 15. §. 1. *L.* 46. *L.* 51. *L.* 52. *ff. ad Leg. Aquil.* quasi inspectionem vulneratorum, de qua hic sermo, claris verbis insinuent, & jubeant, quia non instituebatur isthæc ocularis inspectio ad irrogationem ultimi supplicii, sed damni reparandi ergo; ita nec rigide sustinuerim rigorem Juris memorati indistinctim voluisse pœna capitali afficiendum, qui animo occidendi aliquem aggressus fuerit, sive vulneraverit, aut non, licet non occiderit, ac hoc videtur velle *Lex Cornelia*, & in hoc nituntur, qui Inspectionibus vulneratorum instituendis se opponunt. Nam vel sola inscriptio tituli hujus de *Sicariis* monet, sermonem non esse promiscue de homicidis, sed de clandestinis vitæ insidiatoribus, specialissime de latronibus, qui cultellis recurvis, *sica* dictis, sub vestibus occultatis, sive telo abscondito, nec opinantes confodiebant, quorum maleficorum, tempore quo Jus Romanum condebatur, non parvus erat numerus, ac hodienum in Latio sub nomine der Banditen tales reperiuntur, tum quoque his erat publicæ tranquillitatis ergo severissime Jus dicendum, ut solum consilium occidendi esset pœna capitali dignum, licet effectus non insecutus. Ac vero vocabulum *Sicarii* fuit abusive ad quemvis homicidam translatum, nemo mirabitur rigori huic, qui quoad latrones in vigore merito manet, per generalem consuetudinem fuisse derogatum, & hodie eventum sive effectum simul attendi, si pœna ordinaria, sive gladii, sit homicidæ dolose irroganda; Nam æquitas undique vult propositum cum actu imperfecto mitius puniendum esse, quam cum actu perfecto, *L.* 1. *ff. de extraord.*

extraord. Crim. L. 21. §. 7. *ff. de furt.* Accedit Sanctio Carolina Criminalis, utpote quæ *Art.* 147. conatum homicidii non secuto eventu, arbitrio Judicis, ut puniatur, relinquit: est vero pœna, quæ arbitrio committitur, semper mitior hac, quam Leges injungunt. Conf. quæ pag. 27. supra sunt allata. Sed de inspectionibus vulneratorum a morte insecuta non tam altum silentium est in Jure Civili, ac volunt aliqui. Fit ejus expressa mentio in *L. ult. ff. ad Leg. Cornel. de Sicar.* his verbis: *Si in rixa percussus homo perierit, ictus uniuscujusque in hoc collectorum contemplari oportet:* Nec obstat, quod ad mentem *GOTHOFREDI in not.* ad illam, contemplatio isthæc sit commendata, quo pro varietate ictuum varia pœna constituatur: quandoquidem de morte prægressa Lex loquitur, non vero, si homo quidem a pluribus vulneratus non vero confossus fuerit, ubi ictuum differentia pœnæ arbitrariæ diversitatem inferret. Sed, cum non adeo de antiquitate inspectionum legalium, quam de necessitate harundem mihi sermo sit, mitto isthæc, & cuilibet, quæ de illa sentire velit, liberum relinquo. Autumo sufficere ut probem Juris Civilis autoritatem pro inspectione legali vulneratorum adornanda, si nude provocaverim ad *officium* Judicis in Legibus præscriptum, quod est nocentem punire, innocentem absolvere, hinc de omnibus circumstantiis se informare, quæ ad nocentem convincendum, innocentem defendendum facere valent; ad *personam* Judicis, dum publica autoritate gaudet, ut delicta cognoscat, abhinc puniat, ad cognitionem vero requiritur examen corporis delicti, si hoc, quod in homicidio obtinet, fuerit permanens; ad *æquitatem* Judicis, quæ negat hunc esse lege rigidiorem vel remissiorem: ad quam denuo pertinet, ut inquisitus audiatur & admittantur, quæ ad ipsius defen-

sionem facere possunt, cujus causa semper favorabilior, hinc etiam inspectio Legalis ab ipso occisi necessaria, &c. Quæ omnia cum passim nota sint ac cognita, textibus Juris roborare nolo, nec ex antecedentibus, quæ huc facere possint, iterum repetere. Quod si ergo Judex nolit reprehensionem incurrere, quod culpam cum dolo conjunctam admiserit, dum, quam adornare potuisset & debuisset inspectionem, sciens & volens omiserit, sponte sequitur in casibus ante allatis inspectionem vulnerum post mortem insecutam esse necessariam, in quibus jam acquiesco.



INDEX.

A.

Amens homicida quando pœna otdinaria afficiendus - Pag. 57
Anatomiæ Professori non privative competit officium Inspectionis - 9
Animus lædendi vel occidendi non sufficit ad pœnam ordinariam dictitandam - - - - 27
in delictis pœnam variat - - - - ibid.
directus & indirectus - - - 28
homicidæ inspectione aliquando probatur - - 70
Armorum qualitas non arcet inspectionem - - 69
non sufficit ad lethalitatem - - ibid.
Assassinium quare graviter puniendum - - - - 61

B.

Bodinus arguit inspectionem nullitatis - - - - 1
i fundamentum lethalitatis - - - 53
Brunnemannus inspectionem semper necessariam esse negat - 2

C.

Chirurgus Inspector an jurare teneatur & quinam - - 9
Conjecturæ sub Inspectione locum habent - - - 16
Constitutio Crim. Carolina spectat ad LL. pragmaticas - - 4
Corpus delicti in homicidio adesse debet - - 28

D.

Delicta sunt punienda - - - - 22
imperfecta - - - - 27
Dierum numerus non facit ad lethalitatem - - - 17

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335272/phys_0089
DFG

E.

Eventus non sufficit ad pœnam ordinariam homicidii - - 29

F.

Facultatum Medicarum sententiæ de lethalitate non simpliciter judicem constringunt, ut pœnam ordinariam dictitet - 36
Fuga homicidæ non arcet inspectionem - - - - 67
Furtum quotuplex - - - - 25

H.

Homicida quando tenetur de vulnere - - - 54
Homicidium quid - - - - 21. 26
Homicidii pœna caute ferenda - - - 4
pœna variat - - - - 26
Homicidium dolosum saltem pœnam ordinariam admittit - 27
ii pœna ordinaria a solo eventu locum non habet - 28
Homicidia in Duellis non volunt Inspectionem - - - 59
a pluribus commissa volunt inspectionem - 67

I.

Infans homicida pœna ordinaria non afficiendus - - 55
Inspectio vulneratorum describitur - - - 3
ocularis delicta maxime probat - - - 24
vulneratorum quando non necessaria - - 55. 59. 61
necessaria - - 64. 65. 66. - 70
omissa non semper liberat a pœna ordinaria - 63
fieri potest in dominica die - - - - 65
nis tempus legitimum - - - 64
a putredinis metu determinatur - - - 11
Judex potest alium substituere sed habilem - - - 6
debet esse præsens & oculis suis & auribus ad omnia attendere - - - - 7
Judicis est de *animo* occidentis judicare, non Medici - - 30
Judex in pœna homicidii non simpliciter stare debet depositione Medici inspicientis - - 31. seq.
tempus legitimum inspectionis negligens in Jus vocari potest 65
Jurisprudentia dubiis obnoxia est - - 74
Jus Naturæ, divinum & humanum admittunt Inspectionem - 75. - 77

L.

Latrocinia graviter punienda - - - - 61
Leges homicidia punienda jubent - - - - 4

Lethalitas

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335272/phys_0090
DFG

Lethalitas fruſtra dierum numero menſuratur - - 17
varie apud Medicos definitur - - 18
hujus diverſitatis ratio - - - 19
Lex implicita obligat - - - - 76
Lyſerus culpat Inſpectionem ut ſupervacaneam - - 2

M.

Magiſtratus eſt delicta punire - - - 23
de certitudine delicti puniendi eſſe convictum - ibid.
pro delicti qualitate pœnam decernere - - 25
Manu alta fieri poſſunt homicidia - - - 70
Medicus Inſpectioni non ſimul quâ Judex præeſſe poteſt - 5
non ſimul Judicem, Chirurgum & Notarium agere valet ibid.
ad protocollum dictitet, quæ ſub Inſpectione occurrunt - 5
ſub præſentia ſubſtituti inhabilis non tenetur inſpectionem in ſe ſuſcipere - - - 7
Inſpectionem inſtituere poteſt, Judice præſentiam ſuam detrectante - - - - ibid.
ſub Inſpectione ſit Chirurgorum Director - - 8
calleat anatomiam - - - - 9
Inſpector an jurare & quinam teneatur - ibid.
ſub putredine cadaveris non tenetur inſpectionem inſtituere - - - - 11
non ſemper tenetur Judicium de lethalitate adjicere - 12
in deponendo imperitiæ ſemel convictus teſtari amplius nequit - - - - 32
occidens an & quomodo puniendus - - 58
Medici de termino lethalitatis diſcrepant - - 18
eſt de Eventu læſionis judicare, non de animo - 30
quinam habiles ad deponendum de lethalitate - 31
ſententia de lethalitate non ſimpliciter facit ad dictitandam pœnam ordinariam - - 31. - 35
orum Diſſenſus non arcet Inſpectionem - - 73
alunt Cauſarum Patroni - - 74
Melancholicus homicida quomodo puniendus - 58
Mors repentina vulnerati non arcet inſpectionem - - 66
tarda vulnerati non arcet inſpectionem - - ibid.

N.

Neceſſitas quid - - - - 21
Noctambuli homicidæ raro dantur - - - 57

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335272/phys_0091
DFG

O.

Obstetrices quando ad Inspectionem admittendæ - 11
Ocularis Inspectio in delictis probandis magni habenda - 24
Opinionum Medicarum diversitas unde - - 74. 75

P.

Persona, quæ ad Inspectionem requiruntur - - 5
non sufficiunt binæ - - - ibid.
sufficit una - - - ibid.
Pharmacopæi aliquando ad Inspectionem admittendi - 11
Pœna homicidii variat - - - - 26
homicidii ordinaria supponit animum & eventum - 29
homicidii ordinaria non tollitur insufficientia inspectionis 40
non mere dependet a qualitate vulneris 63
Pœnis secundum Jus Naturæ locus est - - 23
Probationes delictorum quales - - - 24
Putredo inspectionem cito adornandam jubet. - - 11

R.

Relatio Facultatum de insufficientia Inspectionis non absolvit a pœna ordinaria homicidii - - 40

S.

Senex homicida pœna ordinaria aliquando afficiendus - 57
Sepultura non semper arcet Inspectionem - - 11

T.

Tempus non fide determinat lethalitatem vulneris - - 45

V.

Vulnus quid - - - - 13. seq.
includit plagam, ubi nulla læsio apparet - 15
lethale - - - - 16
per accidens lethale - - - 17
vera inflicta volunt ante Inspectionem, quam dici possint lethalia - - - 41
per se lethalia non fiunt per accidens lethalia - 50
per accidens lethalia aliquando ad lethalia per se referenda ibid.
per accidens lethalia non semper liberant a pœna ordinaria - - - - 53

)o(

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335272/phys_0092
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335272/phys_0094
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335272/phys_0096
DFG

dierum numero menſuratur - - 17
pud Medicos definitur - - 18
diverſitatis ratio - - - 19
ligat - - - - 76
ſpectionem ut ſupervacaneam - - 2

M.

elicta punire - - - 25
certitudine delicti puniendi eſſe convictum - ibid.
ro delicti qualitate pœnam decernere - - 25
poſſunt homicidia - - - 70
oni non ſimul quâ Judex præeſſe poteſt - 5
Judicem, Chirurgum & Notarium agere valet ibid.
llum dictitet, quæ ſub Inſpectione occurrunt - 5
ntia ſubſtituti inhabilis non tenetur inſpectionem
n ſe ſuſcipere - - - 7
em inſtituere poteſt, Judice præſentiam ſuam de-
rectante - - - - ibid.
tione ſit Chirurgorum Director - - 8
tomiam - - - - 9
n jurare & quinam teneatur - ibid.
line cadaveris non tenetur inſpectionem inſti-
e - - - - 11
r tenetur Judicium de lethalitate adjicere - 12
ido imperitiæ ſemel convictus teſtari amplius ne-
lit - - - - 32
n & quomodo puniendus - - 58
o lethalitatis diſcrepant - - 18
tu læſionis judicare, non de animo - 30
biles ad deponendum de lethalitate - 31
e lethalitate non ſimpliciter facit ad dictitandam
pœnam ordinariam - - 31. - 35
us non arcet Inſpectionem - - 73
unt Cauſarum Patroni - - 74
nicida quomodo puniendus - 58
lnerati non arcet inſpectionem - - 66
erati non arcet inſpectionem - - ibid.

N.

- - - - 21
idæ raro dantur - - - 57